HERMANNI BOERHAAVE

A. L. M. Phil. & Med. Doct. Inſtit. Colleg. Pract. Botanic. & Chem. Profeſ. in Acad. Lugd. Batav. Colleg. Chirurg. Præſ. Soc. Reg. Scient. Lond. & Acad. Reg. Scient. Pariſ. Sodal.

MEDICAL SOCIETY LONDON

PRÆLECTIONES ACADEMICÆ DE *LUE VENEREA.*

GOTTINGAE,
Apud J. B. SCHMIDT.
1751.

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b3078329x

TYPOGRAPHUS
L. S.

Incidit in manus noſtras præſens hicce Tractatus de LUE *VENEREA ex Lectionibus Publicis Summi Viri* HERMANNI BOERHAAVII *excerptus, quem judicio Doctiſſimorum Virorum, quibus multum confido, prelo meo ſubjeci.*

Immortale etenim BOERHAAVII *nomen per eruditum or-*

orbem in tanta eſt fama, ut præfari plane inutile foret. Sufficit itaque hic tantum VOBIS indicaſſe me omnem in edendo hoc libello adhibuiſſe fiduciam, ut Cl. Authoris ſententiam explicarem.

Cæterum enixe rogo, ut Errata ad calcem adpoſita corrigatis, noſtrisque faveatis conatibus. Nobis interim, ſi aliquid emolumenti VOBIS B. L. contribuere potuerimus, hoc facere ſummopere cordi erit.

PRÆ-

PRÆLECTIONES ACADEMICÆ DE LUE VENEREA.

§ I.

COnamur in præſenti tractatu, ſecundum præternaturalem partium affectarum conditionem, foedum hunc morbum deſcribere, differentias enucleare, tam in ſequiori quam potiori Sexu, atque ingenué oſtendere, quid ars, cum natura, hac in re poſſit. Demum inferemus Auctores, qui optime de hac lue ſcripſerunt; multa quidem de ortu ejus dicuntur, paucis tamen nos attingemus.

§ II. Quandoquidem hæc Lues, inter omnes morbos facilè ſæviſſima, ſit orta, ab auctoribus fide dignis deſcribitur, non obſtantibus in contrarium argumentis infirmo talo ſuffultis, à contagio, non autem à concubitu libidinoſo cane & angue pejus fugiendo hujus luis origo eſt arceſcenda; ſi quidem olim in Aſia ſub Clymate fervido viventes Gentes, quamplures luxurie animalium laſcivorum libidinoſiores,

imò inſatiabili libidinis dulcedine ineſcati, Lue Venerea infecti non feruntur.

§ III. Columbum ex America in Europam reducem anno 1493 die 4 Marti, (o fatalem diem!) foediſſimum hunc morbum transplantaſſe inter omnes, qui de hoc morbo ſcripſere, ſatis conſtat, triennio poſt totam jam fere inquinaverat Europam. Vid. Antonium Benivenium de abditis morborum cauſis. Apparuere quidem jam anno 1494 in Italia, Hiſpania, ſcripta, in quibus foedi hujus morbi indicia aliorum morborum familiis non aſſocianda, praecipuè circa genitalia, deſcripta fuere; imò haud deſunt, qui Mosi, Hippocrati, aliisque Veteribus hoc malum innotuiſſe, affirmant, ſed quibus ratiociniis, haud perſpicio. Sufficit dixiſſe talem morbum nunquam ante in Europa extitiſſe, dico talem, qui talem ſecum gereret materiam, quæ hac ratione tam ſubito, contagio ſuo Epidemico, partes genitales afficeret. Fuit ante hoc tempus ſcabies, mirus profectò morbus, homines infeſtans, aſtſoli praecipue epidermidi innitens, donec in ulcuſcula & ingentem morbum, qui omnes corporis partes panniculum adipoſum usque corrodebat, evaſerit; ſed multum aberat hic morbus à Lue Venerea, quæ & papillulas nervoſas & reticulum Malpighianum occupat, & diverſe qui à Mose enarratur Levit. xv. Gonorrhoeæ ſpeciem cum hac lue affinitatem habuiſſe, nullo ſtabili argumento evinci poteſt: Hæc non à Stimulantibus partes generationi inſervientes, à laxantibus vaſa libidine, aliisque provenire poteſt. Sic oleum Terebinthnæ intempeſtive & auctiori doſi ſumptum vaſa Seminalia ſtimulare & dilatare aptum eſt, ut ſemen liberrimè effluat.

§ IV. Eſt adhuc Elephantiaſis Arabum; de qua Itali Abbas ità Scribit: eſt morbus, qui omnes partes corrumpit, infeſtat & corrodit. Vid. Aretæum optimè hunc morbum deſcribentem.

§ V. Eſt

§ V. Eſt quoque notus in Aſia morbus, qui totum corpus depaſcit, integumenta ſuffocat, in lardum rancidum convertit, morbus certè huc usque incurabilis, adeo ut Batavi propter negotia ibi degentes ſecundum decreta ejusmodi miſerrimum hominem illico ablegent, & in diſſitiſſimam inſulam tranſportent.

§ VI. Phlegmone, Eryſipelas, Variolæ, morbilli, nunquam penem ejusque glandem infeſtabunt. Quamvis dicti Squaminoſi affectus, in quibus Epidermis tantum ſeparari ſolet, alterum Symptoma Lui Venereæ familiare mentiantur, eas propterea pro ipſo morbo minimè habendas eſſe.

§ VII. In Regionibus fervidis in Vulvis Mulierum, quae partes tenui tantum Epidermide ſunt tectiae, ſæpe ulcuſcula, ſaniem ichoroſam, ſi rupta fuerint, ſtillantia, oriuntur: ſi vir cum tali affecta congrediatur muliere, ejus glans (niſi maturè elotione ab hac immunditie purgetur) Labe afficiatur, & quidem ulcuscula inter præputium & glandem penis inde enata conſpiciuntur; ſimile quid ſub hac frigidiori clymate à me viſum in Viro præclaro, qui ſummo metu atque animi perturbatione id inveniebat, inconſulto meliori judicio Venerei quid ſubeſſe ſuſpicatus fuiſſet, à qua Lue tamen immunis erat; adhibitis Balneis, Lotionibusque mundificantibus, ut aqua Sambuci &c. admixto melle & ſalis Ammoniaci tantillo ſanatus fuit.

§ VIII. In Regionibus calidis Mulieres per ſe Libidinoſiores atque obſcoenae viventes, ob ſquallidum circa eadem manentem ſudorem, foedum ſpirant odorem; nec in his noſtris Regionibus Animalia Libidinoſa nec homines tales circa genitalia odorem gratum fundunt. Dictæ prius mulieres, ſi menſtruum fluxum patiuntur, plerumque grumi ſanguinis in cavitate uteri remanentes putreſcunt, teterrimam mephytim olent: hinc eſt quod Graviſſimus Vir, Moses, durante fluxus hujus tempore, maribus

Iſraeliticis congreſſum etiam cum uxoribus ſuis ſeveriſſimè interdixerit.

§ IX. Quæ HIPPOCRATES in libro de affectionibus dixit, mala in Græcia, marique mediterraneo vicinis gentibus circa pudenda tam Mulierum quam Virorum ab effrenato Coitu orta ad Luis Venereæ ſpeciem jure referri non poſſunt. Omnium quorumcunque mentionem fecit antiquitas, cuicunque homini à Venere alieniſſimo accidere potuerunt. CELSUS etiam nil de hoc morbo ſcivit, GALENUS nil, niſi quod HIPPOCRATES, CELSUS & PLINIUS de pudendorum affectibus dixerunt, ſcriptis ſuis inſeruit. Ergo primus morbi ortus Epidemicus (§ III) deſcriptus, *primum in regno Neapolitano, mox Gallico exercitu, dein per totam Europam Lues Venerea orta adhuc durat.* * Vel ut Scriptores Itali volunt, inter quos & A. M. BRASSAVOLUS *in Tract. de Morb. Gallic:*, cujus hæc ſunt verba: *ab Italis Gallicus affectus vocatur, a Gallis autem Morbus Neapolitanus. Gallicus morbus a noſtris vocatus eſt, quia tunc viſus eſt in Italia a Gallis deportatus, cum Carolus hujus nominis Octavus Francorum Rex maximo cum exercitu Neapolim obſedit, & 1495. magna cum gloria cepit, tunc enim nova hæc Lues Italiam vexare coepit, primoque Neapolitanos, ac Gallos invaſit; unde ab ipſis Gallis, Gallicum affectum Itali nominarunt. Galli vero a loco, in quo primo viſus eſt, Neapolitanum potius nuncupandum cenſuerunt. Vel dicamus Gallicum fuiſſe nuncupatum, quia eodem tempore Italia, & Gallis, & hac Lue infeſtata fuit: rei vero ſumma eſt, Luem hanc tunc coepiſſe, cum Galli Italiam infeſtarunt, & Carolus Octavus Francorum Rex Neapolim ſub ditionem poſuit. Hæc eſt nominis ratio, & nulla alia, quanquam & nonnulli Indicum morbum voluerint appellatum, quia Morbus Indicis peculiaris.* Pro axiomate itaque, ponendum, nul-

* Vid. Celeb. *Boerhavii* Aph. § 1440.

nulli homini ſponte, id eſt natura ſua, unquam hunc morbum eſſe natum, neque à Viris puris converſantibus cum fæminis hac Lue minime infectatis unquam ortus fuit.

§ X. Si membrana pituitoſa SCHNEIDERIANA internè nares ſuccingens deſtillet Lympham tenuem, pellucidam, acrem, unde dolor, rubor, inflammatio primis diebus oritur, tertio autem aut ſequentibus flaveſcentis coloris muci copia eſt, qui mucus linteo exceptus, & in aëre aperto ſiccatus, vel materiei Gonorrhæa maxime ſimilis eſt, vel ſaltem affinitatem cum Gonorrhæa habet.

§ XI. Prima proprietas hujus mali eſt, quod ab infectis facile propagetur, ut omnis Vis corporis ſani brevi ſubjugetur. Secunda ut ſemper ſigna præſentia manifeſtet. Tertia ut hanc præſentiam in ſaniſſimi corporis receſſus ſe ſe altius inſinuando exerat brevi, & quidem ſæpe ſolo contactu infecti calidi, & ſani itidem calentis, quatenus in Venulas abſorbentes calore magis patulas promptius Virus Venereum ſe inſinuat, & quaſi ſcintilla maximum excitet incendium, ſic brevi omnes humores in ſui naturam vertere poſſit. Quarta ut vim habeat potentiſſimam ſui propagativam & multiplicativam; ſi enim aliqua portio ulceris infecti applicetur alicui parti hominis ſani, ſucceſſive univerſam occupabit corporis ſubſtantiam, & nequidem illi, quibus ſtrictam & ad repellenda peregrina aptam natura conceſſit cutim, immunes ſunt. Hæc ſpurcities ulceroſa continet quidpiam adeo tenue, ut ſi in parte cutanea non bene curetur hoc virus, non Oſſa, non ligamenta, non cranium nec crus femoris immunia relinquit. Accubanti in lecto lateri, quo accubuit infectus, ulcuſcula oriuntur: videtur hinc proximè accedere ad Scabiei indolem ſolo contactu ocyſſime in alterius cutim ſeſe inſinuantis. Solo halitu, quod mirum dictu, hæc labes horrenda propagari poteſt,

nempe quando ex calido infecto corpore excipitur, nunquam autem magis noxius, quam ſi mercurio infecti hominis humores virulentos diſſoluti ſint. Poſt halitum ſunt baſia, ſive ſit ſenex, ſive juvenis, ſolis his baſiis inficitur, & quidem nulla ſpecies eſt deterior hac, quæ oſculantibus communicata interna oris infeſtat, & in lingua peſſimæ ſordes ulceroſæ oriuntur, licet aliquando in aliis corporis partibus nullum foedæ hujus luis indicium in conſpectum veniat. Infans Lugduni labe venerea laborans infectus à matre tali morbo laborante, ubi alii mulieri ad oſculum traderetur, quæ ſtatim infecta inventa fuit.

§ XII. Lintea, chirothecæ, nummi quoque ſordibus his imbutæ, ſi calida adhuc corpori ſano applicentur, idem infectum haud relinquent.

§ XIII. Si mulier lactans hac tabe contaminata admoveat mammas infanti, lactando ocyſſimè eum inficiet, licet in parvulo ſigna & phoenomena circa hanc luem obſervabilia ſeſe non manifeſtent, miſerrime tamen excruciatur, & niſi maturè virus venereum educatur, tenerrimam machinam deſtruit. Penitus infectus itaque infans ſanæ mulieris mammis admotus, ejus ità inficit papillas, ut brevi in illis ulcuſcula provenire cernas.

§ XIV. Mulier quædam prope Lugdunum puero quodam ubera porrigebat, Mater poſtea ſuis admovit, hoc facto ſe per aliquot dies circa mammas infectam eſſe invenit, re examinata repertum fuit Infantem & matrem eſſe infectos.

§ XV. Hagæ Comitum Puer traditur nutrici, naſcitur huic morbus, cui omnis Medicorum cura nil profuit, infans etiam usque ad oſſa exeſus, inventa eſt nutrix contaminata Lue Venerea.

§ XVI. Salivæ quoque ſingularis exiſtit conditio, cui virus venereum facillime ſe aſſociat, ità ut, teſtantibus Ephemeridibus germanis naturæ Curioſorum,

Ca-

Canis Salivam Veneream mercurialem lambens perierit brevi.

§ XVII. Ex ulceribus dimanans ſpurcities, non eſt pus, ſed alterius eſt indolis: ulcerum illorum maxime circa Genitalia & perinæum eſt progenies, tantique ibi foetoris, uti niſi maturè integumenta cutis auferantur putrefacta, horrendum foetorem in aërem proximè ambientem diffundunt. Clariſſ. Boerhaave refert ad eum veniſſe juvenem nobilem, hinc talem foetulentam animam reddidiſſe, ut ipſe Clariſſ. Vir. alias ejusmodi odores ferendi conſuetus, in animi deliquium inciderit.

§ XVIII. Omnium maximè vim inficiendi habent genitalia obſidentia ulcera, & quidem ſi genitalia Genitalibus admoveantur, ut fit in actu Venereo, quam primum enim membrum detumeſcit, Sanguis regrediens à tergo trahit ratione Vacui Boileani Virus, ita in maſculis & fæminis ratio manifeſta.

§ XIX. Inveterata hæc foediſſima lues tandem ipſa oſſa in materiam convertit ceu cineres carbonum friabilem; materia verò hæc redditur actuoſa calore, ſi refrixerit, & tum corpori ſano admovetur, vix vim exercet. Quo Clyma aut Cælum fuerit æſtuantius, eò citius vim ſuam multiplicativam prodit, hinc magnas in calidiſſimis Regionibus facit ſtrages, quò calidior eſt ſanguis, eò promptius ſe inſinuat, cui autem phlegmatica frigidior temperies, eò ſegnius virus Venereum agit. Phlegmaticus etiam vix curatur. Unde quædam proſtibulæ laxa Vaſa habentes, & temperiei frigidioris, hocce virus per ſat longum tempus fovere poſſunt absque notabili extrinſecus apparenti Venerae Luis indicio, quæ autem floridioris imprimis habitus, calidioris temperamenti, ulcera peſſimæ indolis breviori temporis intercapedine gignunt.

§ XX. Infantes ſunt calidiſſimi, hinc in tractandis hiſce attendendum, an Virus forte Venereum ex

lacte nutricis contraxerint. Calor eorum probatur in Thermometro Farnheitiano, in quo infantem ſanum ad xi. gradus plus quam adultum incaleſcere cernimus. Hoc non fallit.

§ XXI. Malum exacerbatur inprimis ingeſtis nutrientibus Sanguinem augentibus, hinc infecti victu pleniori utentes, pergræcantes, nec decoctis, nec mercurio, ſunt ſanabiles. Virus enim his actuoſius redditur magisque incenditur morbus, hinc eſt imprimis pedisſequus Veneris æſtuantiſſimæ impetus. Æſtus Veneris eſt revera inflammatio totius corporis, partes Genitales maxime hoc igne tentantur, ita quidem, ut ſi inflammatio hæc ultra limites perduret, opus ſit in dorſo Penis Venam ſecare, ut ſanguinis misſione inflammatio minuatur.

§ XXII. Notatu digniſſimum eſt, quod ſi Juvenis florentiſſimus ſe immiſcuerit Scorto inquinato, adeo ut Scortum ex juvenis formoſitate libidinoſius exarſerit, ocyſſimè juvenis virus Venereum actuoſiſſimæ indolis corporisque univerſam ſubſtantiam permeans concipiat; hæc autem celerrimè inficiendi activitas mirifice imminuitur, ſi cauſa hujus ardoris deſit, & meretrix tantum mercedis gratia concubuerit.

§ XXIII. Obſtetrices, à parentibus hacce labe infectis, auxiliatrices manus cum porrigerent, infectæ fuere. Teſtatur Verzellonius quod Juvenis quidam, qui incaute tantummodo manu Scorti ſinum tractaverat, infectus fuit, mox puſtulæ & apoſtemata apparuere, tantæ ſubtilitatis & agilitatis eſt hæc Lues, ut corpore calefacto & calore laxato dilatatoque augeatur ſummopere, præcipuè cum pervenerit ad Reticulum Malpighii, eique quaſi domicilium dici poteſt. Illa itaque ſunt loca, quæ quàm facillimè hoc virus penetrat. 1. Cutis, quæ ſub Epidermide, ut in Glande, Vulva, naribus, & Labiis. 2. Reticulum impendens papillis. Conſtat exiguum ulcuſculum

lum in Labiis pejus eſſe, ac in alia corporis peripheria. Nares, in quibus ſubtiliſſima membrana, quam citiſſimò inſici poſſunt, E. G. ſi homo Gonorrhaea laboret, & forte digito inquinet manus, poſtea illotis digitis tabaci pixidem arripiens naſo præbet munuſculum, vel alia de cauſá nares purgare intendit, videt poſt factum ſe eſſe infectum. 3. Fauces, Gingivam, Palatum, & Uvulam inquinat. 4. Guttur & Gula quoque patiuntur hoc malum, & quando in Laringe hoc malo infecta eſt membrana pituitoſa, nunquam curatur. 5. Fungoſæ Papillarum areolæ. 6. Præputium. 7. Corona glandis, circa hanc partem poſticam hæret ſola Epidermis, hinc ſe omnium maxime applicat, & undique tumores ſurgunt. 8. Superficies Glandis. 9. Præputii frenum. 10. Vulva, ubi quoque tantummodo Epidermis adeſt. Osculum vero uterinum, & Veſiculæ mucoſæ perraro, ne dicam, nunquam, hac labe officiuntur, teſte Morgagnio, qui ſæpenumero putida & vulgatiſſima ſcorta in Noſocomiis diſſecuit. Vide Adv. Anat. IV. Animadv. XL.

§ XXIV. Jam videamus quotuplex hic morbus mirificus ſit, quando in toto corpore apparet, eſt adeo multiplex, ut hinc nulla pars affici poſſit, reliqua corporis parte non affecta; peſſimus hic absque ullo dubio hæreditarius affectus ſe manifeſtat, peſſimum voco, quia tam profundé ſerpit, ut nec medullam in oſſibus relinquat intactam, hinc irreparabili damno diſpergit per perioſtia, Panniculum Carnoſum, malum.

§ XXV. Sæpe nullo ſigno externo ſe inſinuat in corpus, quæ ſpecies certè peſſima; mille & plures caſus exſtant, ubi homines puriſſimi Scortis ſe commiſcentes nullum in Epidermide Penis, nullum in Glande apparens inveniunt vitium, at poſt tres vel 4 dies incipiunt de moleſtià quadam conqueri, dum lotium cum tarditate quadam reddunt, primo exit

materia Gonorrhoeæ, hæc ſe Fabricæ Penis involvit, foramen urethræ obſidet, denique abit in ulcera horrenda, nam ſtagnando acquirit materia vires, acrimoniam contrahit, quæ intolerabiles cauſat dolores, ſpaſmos partium & ſimilia.

DE MEDELA.

§ XXVI. Medela ante omnia applicanda eſt parti affectæ. Benivenius primus, qui poſt ortum hujus Luis ſcripſit, habendus pro optimo Authore, ſincero candidoque, hoc recte animadvertit. Hildani fuit cura ; per ſudores ligno guajaco excitatos, & curatur nunquam ferè morbus hic, niſi excitato calore febrili. Videamus vero hujus luis.

INDICIA.

§ XXVII. Primo incipit à puſtulis genere diverſis in genitalibus, licet interdum, ſed raro in capite. 2. Puſtulæ varis ſimiles, variolisque, hinc *Spaanſche pokken.* 3. Aliæ planae minimæque exſtantes, hæ non ſunt noſtris temporibus. 4. Aliæ colore ſub albido, à quibus ſquammæ reſolvebantur, & caro ſub his cancroſa apparebat, hæc ſunt quæ hunc morbum ab aliis diſtinguunt. 5. Varis ſimiles rotundæ figuræ, ex quibus virulentia fœda profluebat. 6. Erant latæ planæ, ſquammoſæ, quæ ſuper cutim non intumeſcerent, quibus etiam virulentià copioſiòr emanabat. 7. Aliud genus extat, quod ſub albis ſquammis cicatrici ſimile quid remaneret. 8. Dolores horrendi ad veſperam, noctu vero recedente leviores. 9. Ulcera oris oriebantur lethalia, ſed ſuo tantummodo tempore, quia argenti vivi uſus non adhibebatur. Poſt hunc ſcripſit Leonicenius, ſed non tam accurate.

§ XXVIII. Veniamus jam ad alium, qui elegantiſſi-

tiſſime hac de re ſcripſit, eſt NICOLAUS MASSA VENETUS, hic in Epiſtolis ſuis nobis reliquit ſe jam anno 1524 de induſtria corpora illorum, qui Lue Venerea mortui erant, aperuiſſe. Scripſit ille 30 annis poſt primum hujus mali ortum, & tanto candore, ut omnibus, qui ante & poſt eum hac de re nobis aliquid reliquerunt, palmam præripiat, nam omnes, ſi ſpectas, qui ſingulare quoddam arcanum ſe poſſediſſe jactarunt, ex hoc fonte hauſiſſe reperies. Signa ejus circa hunc foediſſimum morbum ſunt primò puſtulæ diverſæ, quas adhuc hodie obſervamus, hæ vel à veneno extrinſecus applicato vel per halitum in corpus ſe inſinuantem exiſtunt. 2. Dolores membrorum, qui tum temporis ſæviſſime hominem afficiebant, hodie hoc rarius videtur, ulcera verò oriri obſervavi. 3. Conſumebantur ſæpe hoc morbo, qui nil mali paſſi fuere circa genitalia, infantes præcipuè periëre hoc morbo. 4. Dolor capitis ſæpe ante puſtulas veniebat, puſtulis recedentibus, dolor remittebat. Hodie poſt puſtulas tumor inſurgit tophoſus, oſſeusque, tum dolores accedunt poſt noctem intolerabiles, ſi hi inſtent, prorepit inflammatio propter partes molles oſſibus incumbentes. 5. Ulcera ſordida, virulenta, corroſiva, rebellia, ad omnia remedia perſiſtentia, perſe ad extendendum maxime apta. Verum ad corpora celluloſa oriebantur rimæ, ad volas manuum, plantasque pedum fiſſuræ. 6. Dolores nocturni ad occaſum ſolis incipientes & declinantes ante ortum ſolis. Hæc ejus indicia, in quibus nulla de Gonorrhæa fit mentio.

§ XXIX. Hunc excipit tertius MUSA BRASSAVOLUS, magnus & ille imprimis, quia primus alteram deſcripſit ſpeciem, diſcipulus ille LEONICENII, qui hunc morbum non novum eſſe affirmavit, ſed ad Arabum Lepram retulit. Hic anno 1534 Ferrariæ de Lue Venerea ſcripſit, qui quinque alia præter jam obſervata obſervavit. 1. Alopeciam ſeu defluvium capillorum 2. Odontalgiam, quia dentes patienti decidunt. 3. Unguum

guum caſum, qui plerumque Alopeciam ſequitur 4. Opthalmiam, jacturam oculorum, hoc fit, ſi officula naſi ſpongioſa afficiuntur, nam his eroſis venit labes ad pinguedinem bulbi, & exinde oculi ſemper illacrymantur. 5. Gonorrhaeam, quam adhuc noſtris temporibus ſpectamus. Hic primo mentio ſit hujus mali: ex hoc nobili authore intelligimus, quod per ſpatium 40 annorum non erat cognita Gonorrhoea, ſed poſt hæc tempora permanſit usque ad nos.

§ XXX. Gabriel Fallopius, qui de Lue Venerea eruditiſſimè ſcripſit, idem affirmat.

§ XXXI. Dividendus hic morbus in duas ſpecies. 1. In antiquam ſine Gonorrhaea. 2. In recentiorem, ut hodie obſervatur vel cum vel poſt Gonorrhoeam, quæ a cauſa externa contingit, antiqua etiam absque cauſa externa. Hæc prima ſpecies illa, quæ in exteriori corporis parte conſiſtit, feliciter eradicatur.

§ XXXII. Altera ſpecies eſt antiqua, quæ ſine ullo indicio ab interioribus extrorſum ſe manifeſtat, indicia ejus erant triſtitia, dolores, & poſt puſtulæ ſic apparentes, ut in variolis, hæ imprimis oriuntur, quando Saliva infecta ori excepta fuerit, excitavit febrim cum tormentis, & intra 4 dies, niſi reſiſtatur, totum corpus infectum fuit, & hæc omnium horrendiſſima ſpecies fuit, erat enim deſumens, & peſſimè ulceroſa.

§ XXXIII. Jam per ſua Phoenomena morbum deſcribemus, diſtinguemus in duas claſſes. 1. Quæ cum. 2. Quæ ſine ſignis apparet, quæ ſenſibus perſpicua & manibus tractari poſſunt. Quando corpori puro extrinſecus ad quendam locum applicatur infectio, & quid ibi appareat, explicabo, exinde nobis ſponte patebit curatio, & quid ſemper omnium primum, quod mutatum eſt, per applicationem externam contagii Venerei deprehenditur, ut puſtula, hæc ſequentia ſunt de manifeſtante parte in ar-

te

te medica. 1. Hæc primò tantummodo pulicis morſum refert vel apis puncturam. 2. Semper rubra in initio, & hinc perfectè ſpeciem inflammatiunculæ refert. 3. Refert ſtigma Variolorum perfectè. 4. Hinc pruritus eſt primum ſymptoma nequidem in ipſis locis, ut in Scabie, exceptis. 5. Epidermis fit Squammoſa elevata paululum, quia multus tunc temporis humor ſub illa hæret. 6. Tunc incipit olere 7. Dolor jam moleſtiſſimus, lancinans, continuò ſemperque in latum ſe extendens, nam nunquam ferè in profundum repit. 8. Semper per panniculum adiposum, carnoſum, ſuperficiaria expanſio, illum ita trahendo & dilatando vexat, donec eum perforet, & cum ſe cum hoc panniculo diffuderit, manebit ſemper plana puſtula. 9. Cuniculatim ſub panniculo adipoſo agit. 10. Nunc epidermide exeſa & illa deſtituta apparet aqua Cryſtallina. 11. Hæc materies per hanc puſtulam effuſa eſt ſpiſſa cremoremque lactis recentis quaſi refert. 12. Omnium peſſimum ulcus eſt ſalinoſum, & ſi ſanguine fuerit commixtum pene incurabile, ut ait Sydenham. 13. Humor hic pene mollis, veluti naturalis, ſed defluit ut oleum ſemifuſum ſeu ſemicoctum. 14. Materies hæc alba NB. quæ in aëre flaveſcit, quod autem pus naturaliter non facit, & hæc eſt proprietas & natura hujus materiæ. 15. Limbi & margines hujus puſtulæ ſunt plerumque albi, conſtricti, non tument in altum, ſed ac ſi eſſent politi, ſemper ſunt quaſi plani abſciſſi, ad centrum puſtulæ quaſi exeſi, hoc fit, quando puſtulæ ſe inſinuant in membranam adipoſam. 16. Plerumque vacillant, ſi ad latus, ubi apertura, tangas, tum ſentis, quod cutis ibi non firma hæreat, ſed ac ſi ſuffoſſa eſſet. 17. Hiſce viſis & marginibus calloſis notatis, advertite, qualis puſtulæ fundus, hoc eſt muſculus, quem intactum ſemper relinquunt. Vidi totum crus exeſum, ſuper quod tamen muſculi perfecte videbantur intacti

18. Fun-

18. Fundus fere ſemper vividiſſimus & planus, niſi muſculus forte fecerit abſentiam planitiëi. Contumax eſt hæc puſtula, quia ſi illud quod ſub cute latet, non radicitus extirpetur, recidiva timenda, & hinc mundificantia parum aut nihil efficiunt ſi non fortioribus curam inchoaveris. Ea itaque hujus morbi fere omnium truculentiſſimi indolis eſt, ut, poſtquam ſubtiliſſimum Venenum calido corpori ſe inſinuavit, ſiſtat, maculam faciat, tranſeat in ulcuſculum, de quo jam dictum.

XXXIV. Hæc omnia conſtanter ſe oſtendunt, quando hic morbus apparet ſolus, hinc, ſi hæc omnia eradicari poſſint, nihil permanebit, niſi cicatrix cava, quam omni arte parti ſanæ æqualem non reddetis. Si verò ſuum calorem fovet, enaſcitur multiplicatio venen hujus, quod ſingulare habet genium, ut ſe per pinguedinem facile dilatabilem diffundat: ſi nunc hoc ulcuſculum medicus ſtatim extrorſum pellere ſtudet, ægroti ſuique damno experietur, quanta celeritate ſub panniculo adipoſo celluloſoque ſerpat, novasque creet puſtulas; hæc ex ante recenſitis Autoribus in hanc usque horam ita apparent.

§ XXXV. Quando hac ratione membranam nunc inflammavit, in ulceroſa tubera convertit, quæ ſunt valde lata, magis magisque ſe expandentia, donec tandem ad maturitatem perductum ulcus totum corpus obambulet, hinc quo plura ulcuſcula eò deterior morbus, ſi nunc ſub dura cute ſerpant, panniculumque carnoſum ſemel reddant exeſum, nunquam in integrum reſtituetur corpus, panniculus ibi nunquam renaſcetur, & perſpiratio inſenſilis erit impedita.

§ XXXVI. Sic ego curavi, exſtirpato quidem in interioribus veneno, ſed foediſſimis, in toto corpore remanentibus cicatricibus, ita ut ſæpe viderim panniculum muſculos obtegentem in rugas ſe coarctas-

ſtaſſe, quando ridere vel loqui voluëre hi miſerrimi: ſi nunc applicas mercurium præcipitatum, panniculus vero manet conſtrictus, & eſchara quoque, certus eſto te non curaviſſe morbum, ſed melius feciſſes, ſi ulcus apertum reliquiſſes, ubi jam ingreditur muſculum panniculo carentem, altera conſideratio eſt.

§ XXXVII. Summus rerum Arbiter muſculis varie agentibus pinguem attribuit panniculum, ubi verò graciles muſculi exiſtunt, his tanto minorem aſſignavit adipem, & ubi non niſi fibræ ſunt, ibi loco pinguedinis humorem longè tenuiorem locavit, hinc ubi plurimi muſculi, ibi plurima pinguedo, uti in muſculis abdominis, ſed ubi nullus muſculus ut in pene, ibi tantum membrana flexilis, ubi pinguèdinoſa membrana, ibi corpus denſum, ubi Mucilaginoſa, ibi nihil ferè adipis, & ubi celluloſa, ibi mero flatu ſuſtinetur. 1. Hinc differentia mali, quando occupatur Celluloſa, ubi ſemper humor ut in pene, quàm immaniter ille inflatur, inflammatur. In pryapiſmo, Phymoſi, quam horrenda tormenta & tumores certè terribiles! 2. Differentia eſt, quod membrana hic non faciat Ulcera ſerpentia, ſed coërcita intra ſuos limites, hinc ubi penis denudatus, ibi nunquam ſerpit. 3. Oriuntur profundiora, ſpongioſiora, latioraque ulcera, ubi ultima membrana Celluloſa circumfuſa eſt vaſis, nullum vas reperitur arterioſum, nervoſum, quin hæreat intra celluloſam; ſi jam ad loca, ubi vaſa ſunt, pervenit, ſe in interiora profundò inſinuat, ut in Pene, ubi verò ad ſpongioſa repit, ſemper inſurgunt tubercula. 4. In partibus nervoſis vero ſunt papillæ, vidiſtis in Anatomicis, quando arteriæ, ubi plurimi nervi inveniuntur ut in Pene, lingua, ceracea materia implentur, & in aqua tepida ſuſpenduntur, quod Epidermis, putrefactione facta, papillas, quibus adhæſerat, deſerit, ſeque totum abducit; ſi nunc

ad

ad has Papillas oritur Puſtula, Virus nervos relinquit nudatos, non coërcitos, & tunc ulcera oriuntur omnium horrendiſſima, doloresque excitantia, in ulcere cancroſo Panniculus nervoſus inficitur, in Cæteris celluloſus.

§ XXXVIII. Verucas non invenietis, niſi circa extremitates digitorum, Labia & maxime circa caput Penis, in Lue Venerea hæ fiſtulæ exorbitant, denique in cancrum degenerant, ſi nunc fiunt circa penis coronam, præputium nec retrorſum nec antrorſum duci poteſt, ergo ulcera circa has partes nata ſemper ſunt minora, quam ubi cutis eſt. Quinta differentia eſt, quando partes occupat, quæ muſculis, membrana craſſa pinguedinoſa, deſtitutæ ſunt, omnes enim partes cute & magno panniculo adipoſo carentes variis ſolent tegi muſculis, ut apparet in toto corpore. Muſculi ſunt organa, quæ perpetuo contracta omnes à ſe pellunt humores, & referunt ad ſuam cutim pinguedinoſam, hæc eſt itaque Cauſa, cur tantummodo ad has partes penetrat. Ex. Antiquis Autoribus dixi, eſſe univerſale, quod muſculi in peſſimo malo ſint intacti, Juvenem ipſe vidi, cui oſſa erant immunia, & partes pinguedinoſæ nudæ, ut muſculi poſſent conſpici, qui tamen rubri & quaſi in ſtatu ſaniſſimo conſpiciebantur: longè ergo alia idea, ubi occupat fungoſam Penis ſubſtantiam, quam illa, ubi ſunt muſculi, notabilis inde differentia, quando morbum curaſtis, ubi validi ſunt muſculi, tunc ſiſtendum eſt malum, ne ad latera ſerpat, ſi verò ad locum, ubi nulla Subſtantia muſcularis eſt, pervenit, ibi calamitatum plane nullus erit finis.

§ XXXIX. Illæ partes quæ hac lue afficiuntur ſunt 1. Quæ Perioſtio ſunt continuæ, ut in naribus, ubi nullus muſculus, niſi fibrillæ, quas Sanctorinus obſervat; ſi nunc ad illam membranam, quæ ex meris cryptis conſtat, ut Ruisch docet, ſive anfractus narium

um ſeu 4 oſſa ſpongioſa pervenit, ubi nulla cutis & pinguedo, tunc nulla peſtis tetrior, quam hæc, nam oſſa hæc tam tenuia ſunt, ut Lamellæ tenuiſſimæ.

§ XL. In faucibus quoque hæret Velum pendulum palatinum, quod ſimplici tegitur membrana, quæ pinguedine tenui obducta eſt, quando nunc hanc mollem occupat partem, nunquam fallit, quin os palati afficiatur; Membrana poſtica faucium eſt plena cryptis, & nullus ibi ferè muſculus: quando tractavi ægros, quibus hæ extitêre puſtulæ hic loci, & omnia lardo rancido ſimilia eſſe vidi, nunquam curavi.

§ XLI. Secunda claſſis eſt earum partium, quæ membranæ incumbunt mucilaginoſæ, præcipuè in Mulierum vulvis, earum cutis deſinit ad ingreſſum oris vaginæ, ubi cutis hanc partem, ut nobis in ore, deſerit. Huic ſubjacet membrana ſpeciem habens muſculorum omni modo ſimillimam & velo pendulo palatino, inter hanc ſunt emiſſaria illarum cryptarum, quæ hic mucilaginoſæ ſunt, & ad Nymphas 12 harum invenies, quæ liquidum ferunt, quod veteres ſemen vocavêre.

§ XLII. Penis Virilis ita mirifice conſtructus eſt, ut in ejus fabrica fungoſa fere nulla carnis appareant ſigna, nam ſi ſanguis è pene effluat, fere nullum eſt corpus, hinc nulla pars magis deſtructibilis quam hæc, nulla pars magis dilatari poteſt, quam hæc, hinc Lues in hac parte ab omni quam maxime diverſa. Laboret quidam jam longo tempore Lue Venerea & Gonorhoea recenti, priorem morbum curabitis, ſed Gonorrhoeam non. Salivatio quidem omnes partes excepto pene curat, hinc curatio difficilis, non à diverſitate hujus mali, ſed à ſtructura diverſa pendet. Similis ſtructura eſt in papillis mammarum, & partibus lateralibus Clytoridis, ſi nunc malum hic incipit, tendit ad oſſa pubis, quæ ita corripit, ut tota ibi carnoſitas fiat putrida, hinc mira inflammatio, cum

etiam in cæteris partibus, ubi muſculorum compages ejus virus ſuperat, reſiſtentiam inveniat, hic plerumque habitat. Has cellulas ſi jam intret, hæret quaſi in lagena. Si nunc ſanguis accedat, fit putredo & dilatatio. Hæc itaque eſt ratio cur in fæminis, niſi hæc materies penitus eradicetur, nunquam fere curatur. Penis nunquam in membrana afficitur magna Ruiſchiana, quae tam fortis eſt, ut nulla alia pars, hinc Penem, ſi jam totus tabe deſtructus fuerit, defendit. Si parsexeſa veniat in vaſa magna, oritur hæmorrhagia, in qua ſtiptica & cauſtica applicari nequeunt.

§ XLIII. Inter Gonorrhoeam virulentam, quæ prima, ſecunda & tertia vice hominem infeſtat, magna eſt differentia; hinc obtinuit, ut inter virulentam, & mitem, diſtinctionem fecerint, quæ excoriat, & non infecta afficit corpora, in alia diſtillat humor, qui neutiquam alium afficit. Hoc eſt in Lue Venerea primum ſymptoma; omnes etiam pro primo ſigno habent Gonorrhoeam. Fateor contrarium in centum caſibus vix ſemel fieri, nam obſervavi, quod Gonorrhoea in ſubſtantia penis ſenſibus patenti hæreat.

§ XLIV. Hodie præſervat á Lue Venerea ablutio. Brassavolus primus hujus mali ſcriptor dicit, quod bonitas mali in eo ſe oſtenderit abluendo generato liquore, ne corpus inficiatur, hinc in corpore alias puro, qui curat, præſervat, ne ab alia ſpecie inficiatur.

§ XLV. Hæc Gonorrhoea ſingulari methodo tractanda, nam in Lue Venerea tot ſymptomata occurrunt, ſed nullum curari debet ut Gonorrhoea.

§ XLVI. Gonorrhoea venerea derivatur à γόνη Genitura & ῥεῶ fluo. Hoc eſt Genitale profluvium. Omnes enim fere putarunt, quod malum oriatur reclufis oſtiis, quæ patent in urethra, inde hoc impoſuêre nomen. Sed nullus certè in conjugio tam fæcundus, ut tam multum generet liquorem, quàm in Gonorrhoea effluit, non venit hic morbus ab interio-

terioribus tantum, ſed etiam ab anterioribus, quod in centum exemplis vidi; laboret homo, tota nocte ſponte effluet materies, premat manè glandem Penis, multum liquoris emanabit, ſed premat verſus os coxygis, nec gutta procedet. Hinc certus ſum, quod ſemper materia, quæ in ſimplici Lue Venerea eſt, proveniat non à proſtata, ut multi credunt, ſed à glande penis, purgetur ergo hæc glans, nil amplius ſecedet. Hinc non eſt ſemen, nam color & exſiccatio utriusque hoc docent, color, ſi exſiccetur, apparet albus, & non Seminis lentorem ſed Saponis, aut ſebi candelæ, ſi incipiat fluere, refert, & ſi paulo pejor eſt, virideſcit, linteo exceptus flaveſcit.

§ XLVII. Nullum jam contagium niſi à muliere infecta, licet alii, fracto Thori foedere, meretrices frequentando infecti, menſtruis adſcripſerint, ſed Medicos, Paſtoresque decipere nefas, à muliere æſtivo tempore menſtruanti, ſi intra urethram ſanguis ſtaret, aliquid oriri poſſe concedo, ſed nunquam Gonorrhoeam, omnes hoc notavêre. Si mulier admiſerit Virum infectum, illa non ſemper inficietur, ille enim locus, quem Penis tranſit, eſt madidus, itaque hoc, quod injectum erat, Virus tranſudat, eliminaturque foras, ſed vir, ſi hoc acceperit, inficietur ſemper.

§ XLVIII. Mulieres, quibus membrana urethrae eſt cavernoſa, hoc eſt ſpongioſa, non inficiuntur, nam humores, ut prius dixi, ſemper exſtillant, hoc abluunt; ſi virus ab infecto immiſſum exſtillet, membrum Genitale tantum ad motum inficietur, ubi illa manet infecta. Hinc patet falſitas mulieris, infecta non fui, ergo te non infeci.

§ XLIX. In quibus ſe Virus per aliquot jam elapſos dies manifeſtat, ii difficilius curantur, ratio eſt, quia virus altiores egit radices.

§ L. Primum, quod in hoc malo ſentitur, eſt moleſtus ſenſus, nam ſemper conqueruntur ſe poſt

hoc commercium in Pene aliquid moleſtiæ perſen-ſiſſe: primum Symptoma itaque ſemper in omnibus eſt ac ſi corium ſenſus coarctaret. 2. Eſt doloris ſenſu circa teſticulos, vocant hoc retorſionis ſenſum, in quo aliquis apparet tumor. 3. In dicta ſuperficie maculæ parvæ, planæ, morſum Pulicis referentes, moleſtia tendens penem, ſi Gonorrhoea à ſimplici oriatur, color ruber nunquam in præputio, ſed tantum in glande. Si homo ſenex ſæpe hoc malum acceperit, pejus erit, quam in Juvene antea non affecto. 4. Si hæc puſtula appareat, ſentit lentorem tædioſiſſimum, qui primò afficiuntur, dicunt Vermem quaſi urethram perrumpere. Vaſa enim emiſſaria in hoc caſu extenduntur, ſi profluat, cremorem lactis Te videre jurares, ità apparet albus, & tam lentè exſtillat, ut per integram horam unam guttam exſpectaveris, preſſione accleratur quidem liquor, ſed malum potius eo augetur; nam ſi in Catharro mucum non irritaveris, curabis citiſſimè. Similis curatio in Pene, liquor ille ultra ambitum coronæ, ubi frenum glandis hæret in fine Præputii, exprimi poteſt, at ſpiſcior eſt quam Cremor lactis, & ſebi fuſi colorem refert. 5. Liquoris augetur copia ſucceſſive, quae in initio parva, omni hora verò copioſior fit, & hoc imprimis, ſi Genium ſequatur, & nihil accipiat, quod humores mutat, intra 24 horas præcipuè ad ſummum tendit, ex albo fit flaveſcens, poſt viridius, tandemque muci narium inſtar in viriditatem ſatis magnam degenerans decurrit, fit amurcoſus, ſanioſus, acrior, ſubtilior, hinc inter craſſiorem interſperſa materies, in peſſimo ſtatu fit fuſcus, hujusque quidquam in interioribus partibus conſumitur, & ſemper poſt hunc manet aliquod ſtillicidium. Nam eo tempore in ſinubus Penis eroſis ſemper manet dolor, & ſi tunc non aliquid craſſum degenerans ſequatur, fabrica hæc nonnunquam exſtirpanda. Liquor ultimus fit ſangnineus & tenuis, qui omnium peſſimus.

Haec

Hæc jam deſcriptio Gonorrhoeæ ſimplicis Virulentæ usque ad ſummum gradum, ſi ad hunc pervenerit, hæret etiam ad binas urethræ membranas in cicatrice partis eroſæ

§ LI. Liquor ſic genitus partes, quas tranſit, inflammare ſolet, ſic glandis ſuperficies à confectæ morboſæ materiæ liquore inficitur., hoc non advertitur magis, quam ſi in urethrae cavitate tempore noctis hic retinetur humor, tunc matutino tempore unctuoſas penis partes tenacitate ſua cohærere facit; & ſi in ultima apertura eſt, dolor ſemper in urethra exſtit, nunquam fatalius, quam ſi ſub operculo Præputii, ubi noctu materies retinetur, in urethra hæreat, nam convexa tum Glandis pars inflammatur.

§ LII. Liquor partes, quas tranſit, quoque excoriat, tenuem præcipuè in urethra membranam, membranæ nomen vix merentem, hæc hæret in ſuperiori urethræ parte, & tenuiſſima ejus pars frenulo accingitur, dein excoriatio eſt ad ſuperficiem glandis, ubi papillas illas, quas Ruisch detexit, quaſi hirſutas, excoriat. Ultimo membranam illam iteriorem, ubi ſtatim, excoriatione facta, ſanguinem emittit, jam erodit, unde dolor ille inflammatorius oſſeus, nam hæc nervis circumdata eſt; unde immanis ille dolor, hæc eroſio naſcitur ab affectu materiæ retentæ applicatæ membranis tenuiſſimis, unde nervis eroſis intolerabile ſtillicidium lotii, præcipue noctu ſemper tumeſcit Glans & corpus ſpongioſum urethræ Hæ partes non ſunt duplex corpus ſed tantum continuatæ, hæc materies nunc eſt intra membranas urethræ, nam in Glande talis non invenitur, quæ tumeſcit, & ſic urethræ cavitas comprimitur, unde chordata illa oritur conſtrictio; hæc jam ultima Gonorrhoeæ virulentæ ſpecies.

SIGNA PATHOGNOMONICA.

§ LIII. Primo ſi dicas ægroto, ut mane Glandem premat, adverte qualis materiæ effluentis color. 2. Jube, ut, Glande preſſa non manente in illa materia, jam premat ad partes oſſeas pubis, ſi nunc ibi quoque materia exprimatur, certus eſto hanc non eſſe Gonorrhœam Simplicem Virulentam, ſed longè pejorem. 3. Primam infectionem nunquam audebo dicere Simplicem eſſe Gonorrhœam, qui jam ante illa laboravit. 4. Materiæ bonitas, an ſit alba, flaveſcens, viridis, fuſca, an hoc malum ad ſummum acumen pervenerit, & paulo poſt quando materia viridis iterum alba apparet, indicium Sanitatis. 5. Abſentia omnium aliorum morborum, ſi enim interrogaveris, an à primo commercio ab impura ſocia circa inguina, ſcrotum, nares, fauces acceperit puſtulas, & ille negando reſpondet, certus eſto Simplicis Gonorhoeæ. Sedes affecta in prima Gonorrhoea eſt Glans, & pars anterior urethræ. Glans primò morbillo afficitur, & poſt maculâ ab eam plagam Penis, ubi, Glans formatur à corpore fungoſo urethræ, & ubi parte infima cum frenulo conjungitur, ibi ſubſtantia nulla ſed cryptæ.

§ LIV. Penis Structura longe aliter ſe habet, quam Veteres credidêre, quam debemus Ruischio, qui Primus Penis fabricam ante 30 annos docuit. Conſideramus in hac parte primo membranam. 2. Papillas. 3. Celluloſam ſtructuram. 4. Cryptas; & his tota hujus morbi hiſtoria conſiſtit. Officium penis eſt lotium excernere, ſemen cum voluptate ejaculari, unde longe aliam requirit ſtructuram quam reliquæ partes. Vide de ejus eleganti ſtructura Ruischii *Opera*, quæ legi merentur.

§ LV. Urethra eſt canalis emiſſarius è Veſica ortus, non ſpongioſus, ſed, ubi Penis incipit, accedunt corpora ſpongioſa, hinc urethra, Penis Apophyſis membranacea, flexilis Canalis, dici poteſt.

§ LV. In-

§ LVI. Interior Veſicae membrana eſt mucoſa, & poſtquam ſphincter Veſicae hanc claudit, urethram facit, ergo eſt productio membranæ Veſicae interioris. In Iſchuria deprehenditur, quod ille liquor inſuetus dolorem faciat, qui in Glande quoque ſentitur; haec membrana eſt dilatabilis, nam Veſica hominis in mirificam amplitudinem extendi poteſt, uti videre eſt in Theatro Anatomico Leydenſi, ubi octo libras aquae una continet; membrana illa eſt valde compreſſilis, ut apparet, dum poſt tentiginem ſanguis effluit.

§ LVII. Decurſus. Urethra viri egreſſa per ſpatium pollicis deorſum deſcendit, Vid. MORGAGN. poſt ſurſum adſcendit oblique ab anteriori parte inteſtini recti infima usque ad curvaturam oſſis Pubis, poſtquam Penis ſuſpenſorium nactus juxta longitudinem deſcendit ad glandem, ubi pendula eſt. Hinc varia Gonorrhoæ differentia. Latitudo anguſtiſſima eſt, ubi ſphincter comprimit Veſicam; hinc impoſſibile ferè ullam materiam virulentam poſſe in cavum Veſicae venire, nam Cathetere immiſſo non poſſumus niſi magna vi materiam ducere. Hinc ſi hic ſe defendere non poſſet, longè pejor foret morbus. In fine ſphincteris eſt longè latior, quam in reliquo decurſu, nam hic ſola & libera hæret, & haec eſt pars, ubi calculus ſiſtit. Poſt fit longè anguſtior, ſi ad proſtatas venerit Gonorrhœae materies, ibi haeret, hinc puſtulæ hic ortæ penetrant veſicam, unde peſſime ſe habent aegri, ideo metuendus hic locus maximè quia ex anguſto in latum ſe diffundit. Ubi jam inter os pubis & corpora fungoſa haeret, adhuc anguſtior locus, donec ad glandem pervenerit, ſed in Glandis parte omnium anguſtiſſimus. Hic eſt locus, ubi Gonorrhoea primi Generis hæret, & hinc ſi ejus laxitatem aperire poteris, optime curabis.

§ LVIII. Primum Gonorrhoeæ Genus inter os Pubis hæret, & ſemper ferè facit fiſtulam & eroſionem; poſtquam exivit urethra ex collo veſicæ, & ſuperavit anguſtiſſimum locum, ſtatim Naturam veſicæ mutat,

novamque inducit, tunc conſtat minimis membranis & corpore fungoſo medio. Prima membrana eſt continuatio Veſicæ interioris, & hæc usque ad Glandem tendit. Secunda membrana ad bulbum facile a priore ſeparatur, ubi ad duas vel tres lineas intercedit. Hinc canalis fit duplex. Tertia ſubſtantia eſt dicta fungoſa, oritur exquiſitè ſub apertura in Veſica, & ſe usque ad Glandem extendit. Hinc ortus ſub Veſica inter duos canales & per omnes curvaturas Penis pervenit ad glandem, ubi reflectitur, & eminentiam facit, quæ Corona Glandis vocatur. Ruischius ultra 30 annos Penem hominis injectum aqua per arterias pudendas eluebat prius, poſt ceram immittit rubram, diſſecat corpus Penis, vidit, quod cera per arterias iviſſet ex canalibus arteriarum, & ſatis magnis fruſtulis ſuppleret ſubſtantiam fungoſam Glandis.

§ LIX. Ad Corpora fungoſa rariſſimè morbus devenit, ſed ſub membrana intima glandis hæret ſubſtantia, quæ ſubſtantiæ Celluloſæ ſpeciem induens Glandem ambit, atque tam tenuis, ut unguis craſſitiem vix æquet, & hic locus, ubi expanſa urethrâ vitium hæret, hinc penis, quem hydropicum eſſe jurares, apparet, hoc malum nil curat, niſi per horæ ſpatium aqua fervida linteis applicetur, nam remedia emollentia ſi quis applicare auderet, faceret ſuppurationem per totum Penem: unde peſſima mala orirentur, quod ſummopere vitandum.

§ LX. Superficiem Penis multi membranam Glanduloſam eſſe affirmant. Ruischius verò optime demonſtravit purgando ab omnibus ſordibus Penem poſt inflatum appenſumque in aqua tepida, tenuiſſima membrana receſſa, hirſutum exſtitiſſe in urethra, ergo mirum non eſt quod alios morbos patiatur, aliæ enim partes, ſi Lue Venerea afficiantur, hoc non patiuntur.

§ LXI. Arteriæ hic non in Venas ſed ſacculos cœcos abeunt, ubi in cellulas ſanguinem fundunt. Membrana

ex-

exterior urethræ totum Penem ambit, jacetque ſub cellulоſa, quæ à Clariſſ. Boerhavio membrana interior vocatur. Exterior verò urethræ ſub corporibus ambobus fungoſis, hinc eſt communicatio inter exteriora penis & hanc fungoſam ſubſtanſtiam. Vid. Ruischii *Obſerv.* 100 & hinc apparet, quod illa ſubſtantia poſſit pervenire ad dorſum Penis, ſed non ad corpus fungoſum; nam hoc penitus defenſum eſt: jacet ergo ſubſtantia celluloſa dicta comuni, eſtque tenerrima, extenſilis, cui in adultis nulla pinguedo ſubjacet, hinc tantum mucilaginoſa, flaccida, tenerrima eſt. Interior urethræ binis conſtat lamellis, quæ in Pene inciſo & macerato dividi poſſunt, ſic tamen complicantur, ut non niſi poſt macerationem interior poſſit deglubi à ſuperiori. Hanc concretam ſic percurrunt vaſa, ut lamellas non perforent, ſed inter duas commiſſuras viam proſequantur, quorum emiſſaria obliquo ſitu ſunt perſpicienda; Leg. Morgagnii. *Adverſ. Tab.* IV. Ferrarium *in Libello de hac re*, Couperum *in deſcriptione partium* VI. Cockburn *in cap. ultimo*, in his, quæ dixi, invenietis. Hæc Lamella interior pertunditur per hos poros, qui Lacunarum ſunt orificia, ubi hæret materies lubrica, ſani hominis mucum narium referens. Lacunæ ſunt minores, majoresve, ſed una eſt omnium maxima, quæ in diſtantia ab oſſis pubis curvatura eſt usque ad fungoſum corpus; & hæc vera Gonorrhoeæ ſedes. Liquor hic nunquam apparet, qui cum urina ablui videtur, vel partim per ſubſtantiam penis currere ad præputium, ubi colligitur in ſpeciem albi mucoris, ex quo ſit membrana ſpuria, quæ æſtivo tempore cauſa peſſima mali ſine Lue Venerea.

§ LXII. Piso affirmat, quod Præputium urſi habeat interius ſaccos unctuoſos, unde natura fecit, ut Penis in Orgasmo Venereo hoc unguento ungeretur, ſed hoc in homine non apparet. Omne itaque, quod

ſecernitur in *Glandulis Couperianis*, *Lacunis Morgagni*, ex quibus emiſſarium venit, ſub præputio interdum ſordes facit, à quibus ſæpe tanta mala. Quando hic loci foetor ſtagnans hæret, ingentem parit acrimoniam, unde Gonorrhæa exinde nata vix ſanatur, nam huic viſcido ſi venenum ſe commiſcuetri, quibus mediis felix poteſt exſpectari curatio?

§ LXIII. Tota interior ſuperficies plena eſt hiatibus, qui verſus glandem aperiuntur, ſuccum ab arteriis factum hic emittentes deſinunt ad curvaturam Penis, ubi compendium centenarum Lacunarum natura ad ſuas glandulas ingentes reduxit, quæ, ſi intra cavum urethræ premantur, deſudant, & hæc ſecunda orificià conſtituunt, ut nunquam ſiccitas urethræ fiat, nec hiatus concreſcant. Hæc Orificia ſunt ſecunda emiſſariorum orificia, quæ retroverſus urethram petunt, deſinuntque in duas glandulas circiter fabeculæ magnitudine, in locum ubi bulbus Urethræ eſt, & cingitur muſculis acceleratoribus, hinc quando hi muſculi urethram comprimunt, quoque hæc premunt, quæ ſuccum usque ad *Lacunas Morgagni* emittunt. Quando Gonorrhoea ad orificium harum Glandularum ſe extendit, tunc tumores poſtea in fiſtulas abituri oriuntur incurabiles.

§ LXIV. Proſtatæ, vel qui cum Vesalio dicere malit corpus Glanduloſum, per quas Veſicæ cervix initium obtinet, ſi ex fine proſtatarum emerſit, deſcendit ſurſum in angulum acutum, ſi jam perpendicularem Veſicæ ſectionem inſtituas collum Veſicæ perſecando, tunc in proſtatarum medio invenis urethram, ubi nullum jam fungoſum urethræ corpus. In medio 12 hærent emiſſaria perfectè patentia tantis foraminibus, ut ſetam porci admittant, quæ ex ſacculis proſtatarum veniunt Glanduloſis in illo loco, ubi Proſtatæ nullam habent fungoſam ſubſtantiam. Tria emiſſaria hærent in medio, hæc Semen afferunt è veſiculis Seminalibus.

§ LXV. Glans,

§ LXV. Glans, ut aliqui haud abſimili ratione putant, eſt prolongatio Proſtatarum, hinc generaliter adfero, quæ prima Gonorrhoea ſimplex eſt in anteriori & interiori parte urethræ, hic tantummodo hæret, quod poſſum probare 100 exemplis. Quando juvenis nunquam prius infectus dolorem intra 4 dies ſentit in urethra, tunc altius malum non ſerpit. 2. In his deprehendi, quod ſi matutino tempore, lotio nondum reddito, Glandem premas interiorem, nihil, ſi remotius, paululum, ſi in infima parte omnis, Pene non erecto, exeat materia. Hoc corpus non eſt turbandum, ſed laxum ſervandum, tunc purgando & nihil retinendo purgabitur brevi. Sed remediis adſtringentibus ſemper Gonorrhoea tertii generis excitabitur.

§ LXVI. In Omnibus caſibus commendo, ut bene attendatis, an Gonorrhoea ultra hos limites ſe extendat, videbitis urinam matutino tempore exceptam ſaniſſimi hominis ſpeciem induiſſe, ſed poſtquam premat glandem, omnem affert materiam, quia noctis quiete omni collecta materies aſſervatur, quæ poſtea quaſi ſcabræ anguillæ lotii inſtar expellitur, & hoc ſignum infallibiliſſimum. Materies eſt puris ſpecies, ulcera Venerea fundunt pus ulceroſum, ſed non eſt eadem, cum hæc ſebo vel ſaponi liquato ſit ſimilis, ſic ut partes vix cohæreant, quod hæc materies verum pus ſit, non credo, nam tum materies ſub præputio pus dici poſſet; fit igitur hic loci, ubi partes nondum ſunt eroſæ. Nam quoties in caſtris datur occaſio cadavera aperiendi, inventum quod Gonorrhoea ſimplex non erodat, ſed tumorem tantum faciat.

§ LXVII. Sydenham ſcripſit, quod Gonorrhoea ſimplex preſſa quaſi ex ſpongia exſudet, materiæque rheumaticæ ſimilis ſit, nam ubi nervus dolet, materies quædam magna copia fluit. Pono caſum: ſi in pulmonem acetum immittas, unctuoſum parat humorem, qui cum Tuſſi iterum expellitur. Si ab aëre fri-

frigido membrana Schneideriana inperſpirabilis reddatur, poſt paucas horas oritur irritatio, & natura eo tendit, ut materia ſuperflua è corpore eliminetur. His exemplis puto demonſtrari poſſe, quod Gonorhoea ſimplex ſuſceptum Venenum per emiſſaria amplificata ex ſuis lacunis expellat.: Hic eſt locus, ubi hæret virus Venereum. Si paulo acrior fit Gonorrhoea, æger quaſi aliquid diſruptum ſentit, & ſi adhuc gradum aſcendat, ægerque premat glandis ſuperficiem, ſanguis ſimul exit. Animadvertatis, ſi ad copiam materiæ, quæ Lacunis, ex quibus promanat, exſtillat, reſpexeritis, me Vera dixiſſe. Cæteræ Lacunæ, quo proprius ad Glandem, eò plures & majores inveniuntur. Una juxta finem Glandis in urethra hæret latiſſima omnium Morgagni appellata, hæc cum aliquo renixu clauſa condit deteſtabilem hanc materiam, ex qua oritur Gonorrhoea ſimplex.

DISPOSITIO.

§ LXVIII. Gonorrhoea ſimplex eſt inflammatio, & hoc ſcimus, quia labes Venerea ubicumque in corporis ſuperficie applicata inflammationem procreat, ſi ad urethram applicetur, Gonorrhoeam excitat, hinc ubi calor intenſior, ſolutior, major, ardens, dolor ſæviſſimus, ſanguis exit. Primum ergo initium eſt inflammatio, qualis in partibus externis, hoc tamen diſcrimine, ut loco puris reddat materiam teterrimam. Brassavolus in Scriptis ſuis hoc nobis pro veriſſimo reliquit, ſcribens, quamdiu materies eſt alba inſtar cremoris lactis, tamdiu non tam mala, ſed ſi flava, ſanguinolentaque materia miſceatur, incurabilis. Hic oritur ſtillicidium, ſi tantum ex uno loco, ex omnibus emiſſariis, tranſudatio; membrana urethræ multis foraminulis eſt pertuſa, quibus levi preſſione materies exit, & ſi hic alia re

quam

quam aqua diluas, non curabis. Hæc tranſudatio fit ferè ſemper in peſſimo ſtatu, exſtillat per fungoſam Glandis ſubſtantiam, ulceratio levis eſt & primis hebdomadibus ſine cura tolerari poteſt.

DIAGNOSIS GONORRHOEÆ.

§ LXIX. Primò à tempore commercii ad tempus apparentis materiei didici, ſi homo primo die poſt commercium ſtatim hæc ſigna deprehendat, facile curatur. Sed ſi poſt 14 dies matutino tempore, præſertim ſi nimium vino indulſerit, hoc ſtillicidium advertat, perſuadeat ſibi malum eſſe altè radicatum; ſed de his ſupra. 2. Ex loco affecto, ut medicus certus ſit Gonorrhoeæ ſimplicis, una eſt methodus, nempe mandare debes, ut æger mane plena Veſica nihil non efficiat, licet æger media nocte lotium reddidiſſet, ut penem premat & primo in parte inferiori, ſi nunc ſine anguillis veniat, certiſſimus eſſe poteſt, tantum in hoc loco malum domitare. 3. Si materiæ copia reſpondeat Lacunis, nec major eſt, Simplex Gonorrhoea eſt, & præterea ſi inſtar cremoris lactis eſt, & dolorem non ſentit, eſt ſimplex Gonorrhoea. 4. Si adſit ſymptomatum omnium reliquorum abſentia, ſi ardor non ſit in cæteris penis partibus, neque in teſticulis, ſi nullum ulcus in corpore appareat, nec in ſcroto, nec in Glande, ſi ex appulſu mulieris parva tantum Macula ſit in ſcroto facta, non amplius eſt Gonorrhoea Simplex, ſed quæ facit Luem Veneream.

PROGNOSIS GONORRHOEÆ SIMPLICIS.

§ LXX. Facilis eſt Curatio, ſi tantum à contagio oriatur, & vera applicentur remedia, ſi inveteraverit, non pertinet amplius ad hanc, curationis claſſem; nam

nam ſubſtantia celluloſa ſemper læſa erit. Si æger obſequioſus, ea vitet, eaque faciat, quæ directiſſimè ad hanc curam faciunt, omni methodo prohibeat, ne arrigat membrum, nihil enim curam adeo reddit difficilem, vel pené impoſſibilem, quam tentigo. Macilenti citius curantur, quam pingues quia oleum deficit, idem cenſendum de humoroſis. Ex hac verò Gonorrhoea neglecta, ſuppreſſa, male tractata, vitium proximum eſt, quod ex dilatatione rheumatica, ut rectè vocatur, Gonorrhoeæ ſimplicis ulcera in minimis Lacunarum oſculis hæreant, & oſculorum corruptione exiſtant ulcuſcula. Duplex eſt urethræ membrana, quorum oſcula inter duplicaturam membranæ decurrunt, hinc virus lento gradu primam membranam corrumpit, donec ſecunda quoque eroſa lamella, per celluloſam urethræ ſubſtantiam ſe diffundat, & eam expandat. Si videatis, quàm difficilis ibi purgatio; hæc vera eſt ratio, ut toties vidi; ſi hoc factum tum ſuperior textura hujus orificii obdureſcit, degeneraturque in ulcuſcula calloſa quæ intra urethræ cavum reſiſtunt, & ſemini moleſtias faciunt intolerabiles. Fiat purgatio priusquam ad alias partes primò ad Lacunas, & ab his usque ad curvaturam Penis, hinc materiæ retrogreſſus ad Lacunas, ſurſum. 2. Ad vaſa emiſſaria Couperiana, recedit verſus Perineum, & ſponte natura ſe purgat, hæret tamen in ſacco, ſi nunc veniat ad bulbum Urethræ, ibi ſola ſubſtantia fungoſa tumorem facit. Verſus collum Veſicæ ſunt 12 emiſſaria, & tria Seminalium vaſorum orificia, ſi huc venit, eroſisque emiſſariis, ibidem hæret virus, & in ſeminalium Vaſorum cavitatem liberè inſinuare ſe poteſt.

CURATIO.

§ LXXI. Satis mirabile, quod primus ſcriptor omnia tradiderit, & ego neminem inveni, qui poſt eum

quo

quod bonum eſt, aliquid addiderit. Sanatio conſiſtit in expurgatione materiæ malignæ intra Penis loca deſcripta, quæ materia eſt duplex. 1. Stimulans illud virulentum, quod ut ſcintilla incendium, ſic hoc in parva molecula totum corpus afficere poteſt. 2. Non eſt omnis Materies virulenta, ſed eſt lacryma incitata expreſſaque à natura ad abluendam hanc, quaſi in oculo arenam; ſic ex benignitate naturæ vehiculum ad mitiſicandam, leniendam deducendamque materiam adeo malignam ſecernitur, quæ potiſſima pars non eſt virulenta, ſed ſecreta ut abundante copia educeretur parvum illud, quod eſt virulentum; hinc tota curatio in hac parte conſiſtit in naturæ obſequio, ut cum hoc ſolamen invenerit, nos expediamus vias, ut expurgari poſſit. Hinc ſola ſufficit cataharſis, quæ maxime hic prodeſt; doleo, imo deteſtor Medicos Chirurgosque, qui ad Gonorrhæam vocati totum corpus mercurialibus macerant. Hinc invenio Falloppium egregium revera Scriptorem dicere: ſi Gonorrhoeam Simplicem tractes, & obſequi non vult, permitte, nam cum liberè decurrit, nihil mali faciet. Ergo tota curatio conſiſtit in expurgatione, quæ in hoc reticulo contenta eſt, & ſola eſt imitatio naturæ. Medici olim ad ſudorifera currendo non curavêre, & ſic videtis non eſſe per ſudores, nec per ſalivationem, ſed expurgatione, curandum, quod ſolum à Natura procedit.

§ LXXII. Si homo forte unciam materiæ emittat, id fortaſſe millena pars Grani virulenti continet, reliquum erit vehiculum; qui medicus nunc non aliam arripit viam exonerandi quam hanc naturæ, feliciſſime agere videbitis; nihil itaque magis cavendum, quam ut non retineatur materia effuſa, ſed allicienda ſemper ut exeat, & in hoc tota curatio conſiſtit. Omnis injectio chirurgica Naturæ intentionem plus pellit retro, quæ à tergo potius per vehiculum illud ejectionem molitur, unde & in medicorum viſitatione attendendum, ne unquam retrogrediatur, & eat

per

per membranam ſecundam ad ſubſtantiam urethræ

§ LXXIII. Virulenta materies à natura expellitur nam ſi intra Lacunas ſiſteret, cruſta putreſcendo obduceretur, & ſic potius medici partes agit Venenum ex Lacunis extrorſum agendo, hinc conſideranda veniunt primò materia maxime venenata, contagioſa valde, pauca, cujus atomus periculoſior exiſtit. 2. Craſſa, viſcoſa, ab ipſa lacunarum fabrica læſa genita, pro inſtrumento naturæ ad capiendum eliminandumque hoc virulentum, & ſimulac hoc virulentum abeſt, fluor auxiliatrix, qui præſtitit officia, ceſſabit ſponte ſine multa adſtrictione, exſiccatione, & hæc eſt idea, quam per tot annos didici, nemo tum fluorem ſiſtere poteſt, ut quidam nitro minus recte fecere, eo enim fit cruſta; quid alii de exſiccatione blaterent, nullius eſt momenti, nam ſi acre tantum abeſt, hoc etiam ceſſet. Conſideramus, quo plus abundat virulentum pro vehiculo, & miti parte hujus vehiculi magis caret, eo pejor ſemper erit morbus; ſed ſi videatis, quod flava ſine prurigine materia cito deſinat, & vas illud, ex quo non fluendo deſinit, ſe claudere incipiet, proximæ curationis ſignum eſt.

§ LXXIV. Si habeatis jam tale corpus nullo alio morbo infectum, porrigetur ipſi primò aqua ſimplex largiori copia, quam ſitis poſcit. 2. Potus Thée vel Caffée mane cum ſaccharo, melle, vel glycyrrhiza, hoc eſt quod totum morbum vel malum curat, ſaccharum & mel idem faciunt, ſed glycyrrhiza optimum, hoc laxat vaſa ſtimulo, quem poſſidet: Et ſi aquæ admiſceatur lac, eò melius. 3. Æſtivo tempore bibat ſerum lactis. 4. Hydragola ſemper prodeſt. 5. Ptiſana cum uvis exſiccatis diu in aqua coquendo & cum ſucco Limonum miſcendo plurimos ſanavi. 6. Cereviſia tenuis Neomagenſis, (*Mol*,) quæ ſine abſinthio aut marrubio conficitur, eſt optima, à vino aut aromaticis acribus abſtinendum abſolute, quia tentiginem procreant, diſponuntque ad Luem Veneream,

&

& ſi inflammatio acceſſerit, quam dira inde proveniunt mala, ſciunt illi, quibus experiri contigit. Ratione liquidi aſſumpti urina ſemper reſpondeat. Si æger, dum mingit, abluat urethram, ne exulceretur, lotium ſit tenue, nam craſſum ſemper in putredinem vergit, abluens, detergens, non excitans libidinis ſtimulos, hoc enim ſi foret, haberemus ſemper cum dolore tentiginem. Si urina evadat acris, virga intumeſcit, quia partes ferre non poſſunt. Hinc aqua eſt optimum remedium. Aromata reddunt malum diuturnum.

§ LXXV. Magnos vidi Viros, qui in itineribus & Regionibus exoticis Gonorrhoeam acceperunt, & in iis diebus, quibus Bacchanalia exercentur, ingurgitavere potulenta, omnes incurabiles redditi fuere, nam inflammatio ulcus fecit, quia loca hic dilatata fuêrunt, & ſic deſperandum.

DE DIÆTA ET MODO VIVENDI.

§ LXXVI. Cibus ſit in forma pultis, avena vel oryza cum aqua pura cocta, jura carnium, ſed ne meraca fiant, adde olera mollia, ex Beta, Endivia, Paſtinaca, Spinachia, lac dilutum cum aqua, ſed caveat ſibi ab omnibus aromaticis, ſale. Proſunt radices Scorzoneræ, Tragopagi, lac ebutyratum, carnes, piſceſque, ſed pauca tantum copia ſumat, quia in his duplex vitium, primo luxurioſum reddant corpus. 2. Quod putreſcant. Marina ſunt Oſtreæ, Cancri, Botargo, Caviarii, Cochlearia, in his Romana Gens incitamenta pro laſcivo ſtimulo quæſivit, quæ conſtituunt virtutem diureticam; quando nunc Medicus impetrare poteſt, ut hanc ſupprimere poſſit, felix erit: cognoſcat ergo tenſionem moleſtam, arrectionem rigidiſſimam impedire; convenit huc dictum Hippocratis: quo plus alueris corpora impura, eò plus conſpurcaveris; pinguia omnium maximè fugienda, quia ſubtile Venenum corpori ſtatim ſe inſinuat.

§ LXXVII Curſus, Equitationes, Saltationes Carpento curſus violentus vitandus, hæc omni exercitia poſſunt malum reddere inſanabile, ut i magnis viris quietem repudiantibus vidi, qui per tota vitam fuêre inſanabiles. Omnium maxime affic equitatio, erodit enim concuſſus ille locum non mitif catum, eum inflammat, reddit virus magis magisqu actuoſum, unde poſtea fiſtulæ illæ inſanabiles. Vi quidam ſummæ Authoritatis Romæ, ſimplici tan tum affectus Gonorrhœa, Patriam repetiturus, vale dicens opipare amicis, primo infarctus, inde pern cibus equis ad diſtantiſſima loca currit, Gonorrhoe omni hora materiam fudit acriorem, donec i patriam rediret, ſed laboravit foedo hoc fluxu pe totam vitam, per menſem quidem eum curavi, ſe ſemper recruduit morbus; nam ſubſtantia fungoſ inter duas membranas ſic jam fuit intenſa, ut de puratio fieri non potuerit, & niſi poſtea ſyringan immiſiſſem, per quam materia morboſa extract fuiſſet, forſan nunquam curatus eſſet. Vidi mili tes, qui per annum curari non potuêre. Notandum hic eſt, quod ſi ulcera extrorſum appareant, & fa cile conſolidentur, ac bene curentur, magna ſpe reſtitutionis ſupereſt, ſed ſi fiſtulæ ſe inſinuant intr pingues membranas incurabiles ſunt ægri niſi ſectio ne, de qua poſtea.

§ LXXVIII. Somnus ſit longior, quia tempore ſom ni materies coquitur, quò nunc in initio ſpiſſior, eò me liòr, quò tenuior, eò magis erodit. Attendendum quàm ſedulò, ut frequenter lotium mittat æger, ſi hoc ne- gligit, materies in locis illis nimis diu reſtat, ſphin- cteres etiam in fine Penis ſe ſtrictiſſime claudunt, atque ulcerationem faciunt; his rite obſervatis facile curabitur æger.

CURATIO CHIRURGICA.

§ LXXIX. Primò conſiſtit in eo, ut loca, per quæ exire debet materia, laxentur. 2. Ut materies tam inficiens, quam inficientem continens, ex urethra alliciatur. 3. Corrigatur hoc virulentum per vera antidota. 4. Cavendum ne materia ad ulla loca nondum infecta applicetur. 5. Ut abluatur quàm ocyſſimè poſt commercium Venereum omnis pars aqua pura tepefacta pauco aceto admixta, quôd plurimos ſanavit, nam aqua ut Brassavolus dicit, optimum eſt remedium, quia Venenum ſtatim in initio exſtinguit. In amæniſſima terræ Italia, inter illos, qui cunno delectantur, mos inveteravit, ut loca illa, quibus coëunt, prius purgent Succo Limonum, ſic ab omni infectionis metu ſunt, ut putant, liberi. Si paulum ſalis aqua diluti & tepefacti applicetur, & ſcrotum, pubes, præputiumque abluatur, non facile inficieris. V. Gr.

R. Aq. Flor. Sambuci Unc. v.
Sal. comm. marin. Unc. S.
Spirit. Vin. Dr. II.
Miſce.

cum hoc mane & veſperi ablue partes infectas, poſt in balneo infecta loca foveri debent, in quo æger per dimidiam horam collocandus eſt, quod optime fit ex emollientibus; tale enim balneum omnes meatus depuret, tepor fluida diſſolvat, ut extrorſum ducantur, fiat hoc omni 12 hora, ut, quod intra hoc tempus collectum fuerit, intra Præputium abluatur. Sydenhamus affirmat, quod per ſpongioſam fabricam ſe hoc Virus inſinuare poſſit, quod poſtea lento ſtillicidio tranſudat. Remedia tædet referre, quia ſatis cognita, ſi tamen vultis, placet vobis ſatisfacere.

R. Fol. Althææ M. II.
Parietar.
Verbaſc. ãã. M. I.
Rad. Alth. Unc. S.
Sem. Lini Contus. Unc. III.

Fiat in aqua decoctum, exprimatur per Pannu[m] ut ſit mucilaginoſum, hoc laxat, & extinguit, ſed in viſcat, ergo addatur Sapon. Ven. Dr I. per hoc ſopien[s] vis mitificatur, & contraria excitatur. Primus, qu[i] de hoc ſcripſit, dixit, recens Gonorrhoea nullis ten[tanda] tanda acerbis, ſed emollientibus: abſint ergo forti[a] mercurialia, nam vidi intra 24 horas inflammationem & Pryapismum ortum. Poſt mundato leniterqu[e] expreſſo membro, ne materia eat in emiſſaria mag[nae] næ Lacunæ, fiat injectio, & hæc ſemper inſtituenda poſtquam locus Gonorrhoeæ ſimplicis mechanica pres[ſi]ſione eſt purgatus; ſed ſi materia ſuo loco jam præſtò ſit, nihil efficies injectione. Ad hanc injectio[-]nem laudatur ſimplex decoctum Malvæ, vos quo[-]que antecedens decoctum adhibere poteritis, cavete ne adhibeatis, quod inflammationem faciat, om[-]ne enim ſtimulans hic ſemper noxium eſt.

§ LXXX. Sydenham eam injectionis materiam repudiavit, quia in Anglia, quod tamen rejicio, multum ex acribus paratur, ſed quando de hac re differit, aquam Roſarum cum pauca Tutia commen[-]dat. Si materies ſpiſſa, & maculæ ad Glandis ante[-]riora fiant flavæ, in eo caſu adhibete, ſi placet.

R. Aquæ Sambuci Unc. I.
Aloës Gr. II.
Mellis Dr. II.
M.

Quod ita detergit, ut, ſi oculo immitteres, non fa[-]ceret dolorem, nam hic locus non aliter quam ocu[-]lus tractari debet. Materia hæc poſt balneum, & poſt

poſt depreſſionem materiæ ex urethra, ut, quod hæret in Lacûnis, educatur, debet injici, ſi lotium non frequenter mittatur, exulcerationem facit. His nunc ritè obſervatis facile curabitur æger. Aër ſit temperatus, nocet aeſtuans, & nimis gelidus: in injectione liquor inſtilletur lente, nam ſi chirurgus id rudiori manu tractaverit, plus nocebit, quam proficit; quod adhæret lateribus urethræ, ſaponis vi abluatur.

§ LXXXI. Attendi debet, ne materia injecta ad alium & ulteriorem locum ſerpat, quam infectum, qui eſt anterior Penis pars usque ad duos digitos transverſos à glandis fine, quare ità premendum, ut materia, quæ ſemper illi parti peregrina & heterogenea eſt, ultra hunc locum deſcriptum non perveniat; cavendum quoque ne ultra os pubis deſcendat, nam ibi ſemper nocet, licet pura ſit aqua.

§ LXXXII. Quando ſic lenta preſſio facta eſt, tum anterior & poſterior Penis pars comprimatur, ut injecta materia paululum intra lacunas hæreat. Si dolor adeſt in materia ſpiſſa, tuto procedendum, nam felix qui antea Pryapismum tollit, tentigo enim facit, ut muſculi comprimantur & ab his Venæ, ſic penis turget, & urina expelli nequit; hinc ſi dolor adſit.

R. Semen Alth.
Lini.
Malvæ.
Cydonior. āā Pauca.

In mortario vitreo vel terreo fiat Emulſio, ut cremor lactis, tunc blandiſſime inſinuando mittatur in urethram vel Penem. Intumeſcentia quoque penis fit, ſi in lacuna magna Morgagni materies haereat. Vitanda præcipue ſunt 1. omnis materia adſtringens, calefaciens, ut vinum, Tinctura Myrrhae, Croci. 2. Corroborans, ut vinum rubrum, deco-

ćta Hyperici. 3. Omne quod ex Alumine Saccharo Saturni, Vitriolo de Cypro, Alcohole vini, Tinćtura Balſamica, paratur, ut & Balſamum Tolutanum, Peruvianum, Copaivae & ſimilia.

§ LXXXIII. Saepe aliorum relićtam curam tentavi, imo illorum, qui in Europa habentur pro Numinibus, quamvis jure merito pro jaćtatoribus, ægros relićtos curavi. Horum cura fuit, ut eſcharam inducerent; ſed per hoc non tollitur ſubtile illud virus; nemo enim curatur, dolor remaneat, quin & ulcusculum ſuperſit, quod iterum aliud quidpiam contagii profert.

§ LXXXIV. Sunt quidam intra Medicorum turbam, quibus confortantia potiſſimum arrident, ſed merito à nobis & antiquis damnantur, hæc enim accurtando fibras oſcula anguſtant; hinc ſunt, qui Sal Saturni, Vitriolum Martis, Veneris, item aquas minerales adhibent pro injećtione, infelici tamen ſemper ſucceſſu.

§ LXXXV. Alii, quibus Alcohol vini pro arcano fuit, quoniam verò hoc Alcohol redderet ulcus exſiccatum in extremam usque ſuperficiem, ut vix quidquam puris allevet, cum Croco Martis vel Balſamo Peruviano, vel Copaivæ, Myrrha, Maſtiche fecêre injećtiones, nam omnes nihil aliud intendebant, niſi ut partes exſiccarent, hæc omnia ſunt quidem pro initio mali inventa, ſed quia ſemper infelix ſecutus effećtus, à Prudentioribus non adhibentur.

§ LXXXVI. Hodie ex Pentaphyllo, Biſtorta, Tormentilla & Melle Roſaceo fecêre injećtiones, quæ minus quidem nocent, quia breviſſimè abluunt, tamen, quia ad adſtringentia referuntur, damnanda.

§ LXXXVII. Gonnorrhoea, ut Brassavolus dicit, non facit puſtulas, neque Bubones, ſi ſola eſt, & Petronius affirmat, quod Gonorrhoea ſe ipſam ſanet, & ſi his remediis non cedit, ſibi ipſi committenda, aliisque remediis non impedienda, ſi modo materies

teries flava adſit. Illis quibus Eſchara lubet, in emiſſariis, ubi in loco horum ſemiputridorum ſoluta eſt cohæſio, conſtrictionem faciunt, excitantque usquè ad eorum finem; ſub eſchara enim emiſſaria putreſcunt, quamvis putarunt, quod emiſſariorum orificia in eſcharam abirent, ſed haec manent, ergo putridum ibi foveri debet, & oriri fiſtulae.

CURATIO INTERNA.

§ LXXXVIII. Poſt ablutionem, deterſionem, balneum venimus ad interiora; credendum enim ex intellecta Naturae poteſtate, quod Creator non fecerit rem venenatam, quin aliud è contrario hanc deſtruens creſcit. Vipera veneno in veſiculis ſuis repoſito utitur alimento, & ſi homo ejus unam unciam, ut coram Duce Florentino factum eſt, ſumit, innoxium exit, aperiatur verò vena hominis, infundaturque hoc venenum, ingentia excitabit tormina, mortemque inducet: ſic in corporibus Phyſica debet eſſe diſpoſitio.

§ LXXXIX. Multi Mercurium, Sarſaparillam, Radicem Chinæ, Lignum Guajacum, Colubrinum pro antidoto habent in Lue Venerea, ſed quia ut diluentia agunt, corpus reddunt hydropicum. Si directè poteſtati venereæ antidotum haberemus, inventori ſuo quod aſſignatur Mytridati, omnia alia remedia in hunc usque diem cognita merito eſſent rejicienda, ſed dolendum, quod illud cum inventore ſuo ad Campos Eliſeos migravit; nam ſi illud eò non migraſſet, vel in Aſiaticis, Africanis, Europæis ſcriptis eluceret, ſed in iis nil reperitur.

§ XC. His ergo ita poſitis quid faciendum? ſola purgantia bene faciunt, cui jam olim ſententias Antiqui adſcripſere ſuas. Purgans eſt, quod habet certum effectum per alvum, ergo talia debent eligi, quæ deorſum rectà ducunt, ut hydragoga, quæ ſi corpori ſano

dentur, Sanguinem putrefaciendo in tenuem materiam convertunt, hinc ſi non deorſum agunt, ſummos excitant dolores in inteſtinis, aut creant ſudores copioſos, quod bonum, ſed ſi ſudor non ſequitur & dolores inteſtinorum fiant, non tutum: detur homini per 12 dies parva quantitas Scammonii inter cibos, mox è vita egreſſorum augebit numerum; hinc hydragogum ſanguinem bonum diſſolvit in aquam & ſic fluida putreſcunt, convertunturque in liquamen putridum.

§ XCI. Agaricus, Caſſia, Jalappa, quæ omnium maxime calore non incitato Sanguinem convertunt in aquam. Hinc Manna cum Cremore Tartari, vel Succo Limonum, Mechoacanna, Senna Alexandrina, Scammonio, ejusque Succo, & Reſina è racidibus, Turbith in purgando utuntur. Mercurium hic non adfero, vel granum injicere nolo, ſi alia media poſſum adhibere, nam SYDENHAMUS & ego ipſe advertimus mercurialia quid habere, quod triſtiſſima poſt ſe relinquit veſtigia. Antiqui medici dixere te artem ità addiſcere debere, ut quod hodie praeſcripſeris, hujus te poſt 10 annos non poeniteat. Extractum Catholicum & Panchymagogum eſt inter haec certisſimum remedium, ſi prudenter adhibeatur. Electuarium Phlegmagogum dictum huc quoque refertur. Lege FR. DE LE BOË SYLVIUM. Pilulæ Cochiæ majores, quæ tamen ob Aloën & Colocyntid. non admodum commendabiles. Effectus horum Phyſicus eſt, ut craſſa ſolvant, Sanguinem in aquam convertant, attenuent, viſcidum ejus promoveant, ut facilius fluat: ſi homines hæc aſſumere nequeunt, nam quibusdam vomitum & convulſiones excitant, alia, quæ tamen idem faciunt, ſubſtituenda, de quibus legi meretur COCKBURN. Ponimus ergo, quod homo ſit fortis, ſive ſenex, ſive puer, nam à 10 usque ad 13 annos vidi pueros commercium venereum inſtituiſſe, dummodo fortis ſit; nam ad vires, aeta-

ætatem, complexiones, Medici ſemper reſpiciant. Sumatur ergo.

R. Reſ. Jalapp. Gr. VII.
Sacch. cand. Gr. III.
Scammon. Gr. VI.
Antim. diaphor. Gr. IV.
M. & F. cum Balſamo peruv. Pil. V. pro doſi.

Accidit alioquin, ut Reſina Jalapp. in calido corpore in globulum convoluta egeratur absque ulla operatione, praeſertim ſi homo non habeat ſufficientem bilem ad hanc reſolvendam, cum ſtibio diaphoretico conteritur, quod ſemper lenem habet vim ad vomitum, hinc ſtimulando hocce acuit purgans. Haeſitabam prius, formulasne annecterem an non, ſed quia animadverti, quod Medici Tirones ſibi majorem fingerent difficultatem, quam revera eſt, in animum induxi, formulas quasdam adjicere. Hydragoga tenacitati reſiſtunt, & in quorum corporum habitu plus dominatur acidum, in illis eò citius loca deſtinata tranſeunt, ſed ſi corpora habes, in quibus id non praeſtant, quod deberent, ſemifoſſilia ſunt adhibenda, ut Mercurius, vel pilulae ex prioribus traditae, nunquam vidi feſelliſſe, quo minus purgaſſent; attendendum ergo ut tempore matutino dentur aegro.

R. Pilul. Cochiae maj. Dr. I.
F. Pil. pro una Doſi.
Hoc nunquam fallit.

§ XCII. Sydenhamus affirmat, quod ſi fallere vidiſſet, hoc ſeq. nunquam, ſed attende ne plethoricis adhibeas, nam ingredientia in his pilulis ſanguinem magis excitant, ſed pituitoſis tutò adhibentur.

R. Extract. Cathol. Gr. xv.
F. Pilul. N. v. pro una doſi.

Si verò delicatus eſt homo, porrige ſequentia, nempe.

R. Sacch. cand. Gr. II.
Scammon. Gr. VI.
Trochiſc. Alhand. Gr. II.
Terebinth. Gr. I.
M. F. Pil. III.

Scammonium cum ſaccharo teri debet ſubtiliſſime, quæ & Juveni conveniunt; ſi verò paulo debilis eſt æger, da ei mediam partem, atque ſic procedendum usque ad integram doſin, ut tempus & ægri ſtatus requirunt, ſed erit ſemper meliùs, ut non una doſi ſed repetitis vicibus fatigetur æger, & ne nauſeam toties repetendo accipiat, ſumantur ſub forma pulveris ſequentis loco prædictarum pilularum, ut cum potu Caffeé commixtus aſſumi queat, vel in oblato involutus cum liquore deglutiatur:

R. Reſin. Jalapp. Gr. v.
Sacch. cand. Gr. II.
Scammon. Gr. IV.
Stibii diaph. Gr. x.

Conterantur in mortario vitreo quam optimè, & dentur uſui, pulvis hic nunquam fallit, & duplo citius agit quam pilulæ. Vel

R. Rad. Jalapp.
Mechoacan. āā Gr. xv.
Sacch. cand. Gr. IV.
M. & F. Pulv.

Vel

Vel R. Rad. Jalapp. Dr. I.
Sacch. Gr. IV.
F. Pulv. pro una doſi.

Si radix jalappæ recens, fortiter purgat; ergo Medicus eam bene cognoſcat, poſſumus etiam pro varietate bolum accipere.

R. Pulp. Caſſiæ recent. Dr. S.
Mannæ Dr. II.
Scammon. Gr. VII.

Miſce fiat Bolus, in oblato porrigatur. vel.

R. Reſin. Jalapp. Gr. V.
Scammon. Gr. VI.
Vitell. ovi. Gr. III.
F. Bolus.

Vitellum ovi eſt menſtruum, quo nullum cognoſcimus melius, hoc in aquam ſolvit omnia gummata, olea, balſama, ſi cum hoc iſta terantur; hinc hæ formulæ in infantibus commendatiſſimæ.

R. Rad. Jalapp. Dr. I.
Terebinthin. Gr. VI.
F. pro pauperib. doſis.
Modo radix ſit bona.

R. Extr. Cathol. Gr. XVI.
Balſ. Peruv. Gr. IV.
M.

Sed à multis repudiantur pilulæ, alii à pulvere abhorrent, ergo ſit potus.

R. Rad. Jalapp. Scr. II. S.
Sacch. cand. Gr. V.
M. F. Pulv. tenuiſſimus.

In

In mortario vitreo affundatur Dr. I. aquæ, ſic fiat con-
tritus, ſemper effundendo & affundendo donec amplius
non lacteſcat, adde Syrup. Roſarum Dr. IV. Fiat
Hauſtus unus, ſic in ſemi hora purgat.

R. Rad. Jalapp. Gr. x.
Sacch. Gr. II.

Contere cum aqua ut ante, modò fiat Emulſio, ſic
dari poteſt infantibus. Si infantes ſic ſumere nolint,
detur in Chocolada.

R. Scammon. opt. Gr. x.
Sacchari Gr. II.

Contere & affunde aquæ Dr. II. & ſic ter ſemper
Dr. II. aquæ affundendo & effundendo, donec fæ-
ces crudiores remaneant, & ſic in ſex Drachmis aquæ
habebis totam vim, adde Syr. Roſar. pallidarum Dr.
II; ſoleo oleum Cinnam. Gt. I. in conterendo admiſ-
cere.

R. Agarici non trochiſcat.
Rad. Jalapp. āā Dr. S.
Trochiſc. Alhand. Gr. III.
Sacch. cand. Gr. v.

F. pulvis, qui cum aqua diu conteratur, ut ſint
liquoris Unc. III. cum Syrup. de Spina Cervin. F. Po-
tus, qui robuſtis datur.

R. Agaric. Dr. II.
Scrophular. vel.
Fol. nodoſ. M. I.
Fol. Senn. Dr. VI.
Reſin. Jalapp. Gr. I.
Sal. Prunell. Dr. II.
Syr. Roſar. Unc. II.

Fiat ex ſufficienti aqua decoctum, de quo ſumat om-
ni

ni quadrante horæ unc. 1, donec purgetur NB. folia Sennæ quisque ferre non poteſt, chirurgus itaque invenit, ut cum Scrophularia ejus odor perturbetur.

R. Mannæ Unc. S.
Mechoacan. Dr. II.
Turbit. Gummoſ. Dr. S.
Sal. Prunell. Dr. 1.
Aq. Appropriat. Unc. III.

F. decoctum vel potius infuſum ſpatio mediæ horæ, & ſumatur omni quadrante horæ unc. 1., in hoc decocto Mechoacanna & Turbit ſunt reſinoſa, quare non daretur, niſi ſal Prunellæ adeſſet, & Manna admiſceretur, quæ boni ſaporis eſt. Si Nobiles tractetis, uno die dentur Pilulæ, altero Bolus, & ſic Medicus non vilipenditur. Multi vero, quibus ſubtiliorem Creator finxit ſpiritum, in ſyncopen & ataxiam incidêre, ergo ſi talis caſus occurrat, multum proderit gulæ palotoque parcere, & loco illorum Enemata, Linimentaque externa applicare abdomini, quia omne malum in inferioribus hæret. Mendacia in hoc caſu facile condonantur, ſi ægrotis ea, quæ applicamus, perſuadeamus eſſè balſamica, quorum vi ſanguis ſolvitur & purgatur.

R. Reſin. Jalapp.
Mechoacann.
Fol. Senn. ãã. Dr. II.
Sal. Polychreſt. Dr. 1.

Cum aqua per ſemi horam coquantur, exprime per pannum.

R. Hujus decocti Unc. VII.
Syrup. Roſar. Unc. II.
M. F. Clyſma.

Si hoc Clyſma rite applicetur, alvum movebit, ſic in prioribus; hoc verò pro illis qui adhuc fortes, debibus verò conveniat melius Seq.

R. Electuar Phlegmagog. Sylvii Unc. I.
Syrup. Roſar. Unc. II.
Aq. puræ. Unc. VI.
M. F. Clyſma.

Quod mane alvo jam depoſita (hoc bene inculca, applicandum, æger tunc per quadrantem horæ quieſcere & ſedere debet: conſtitit per Clyſmata lentiu fiere poſſe, quod cæteroquin per Pharmaca citiu fieri potuit; tamen, quia requiritur neceſſitate urgente, omnia dixi. Clyſmata injiciantur vacuis inteſtinis, quoniam alias, ſi plena ſint, ad fæcum tantum excretionem ſe accingant, cum tamen totu ſcopus ſit virtute ſua ſanguinem purgare, poſt paſtum non detur, quia tunc omnes venæ nimis reſiſtunt retineantur tamdiu in corpore quam poſſibile, hæc tamdiu repetenda, donec virus venereum expulſum eſſe conſtat. Ultima methodus eadem ratione purgandi per Linimenta viribus catharctic imprægnata, ut ante ignem ope frictionis poſſin agere in ſanguinem, ac ſi hauſta eſſent. In Infantibus vobis commendo unguentum Altheæ, ſi infantes obſtructa alvo laborant, melius remedium eſſe non poteſt. ſed hoc ſæpe non ſufficit, hinc alia in venere, ut Colocynthidem, Alhand., Arthanitæ dictum unguentum unc. I. mane denudatus infans exponitur igni, cum panno (*flenel*) diu fricatur, ut bene bibula fiat cutis, corpus autem circa umbilicum præcipuè fricatur, quod non fallit, æque purgat ac alia hauſta.

R

R. Unguent. Arthanit Dr. vi.
Martiat.
Nervin. ā̄ā unc. S.
M. in eundem uſum.

§ XCIII. Pechlinus in erudito ſuo *de Purgantibus* libro dicit, quod eorum vis non conſiſtat in mole corporis, nam una Dragma Hellebori Nigri aliorumque purgantium. vix Granum unum purgantis virtutis habeat, cæterum eſſe effoetum, terreſtre, nil agens. Nunc hæc purgantia oleis immixta, incocta, virtutem ſuam purgativam illis communicant, quæ olea in poroſam corporis noſtri ſubſtantiam ſe inſinuant.

§ XCIV. Poteſtas omnium horum medicamentorum refertur, primo, ut ſolvat ſanguinem, ſerum & partem tenacem, omniaque corporis vaſa facile per vaſcula ſcilicet venoſa meſenterii, vel per ejus arterioſa venire poteſt: hinc videtur, quod requiratur ad hoc moderamen aliquid, ne aliter agant, hoc etiam ſi fieret, deſueſcerent vaſa corpus nutrire, & ſic homo in Phthiſin incideret. 2. Valent omnia hæc catharctica per alvum & urethram; quæ ejus vis ſit ſpecifica, neſcio, nec refert, ut ſciamus: quod nunc quoque ad urinam ducatur, unde poteſt videri, quia urinam reddunt nidoroſam, & tinctam, qui biberit Sennam, ſentiet ſtranguriam, inde remedia ſpecifica ſumpſit nemo, qui purus erat, quin ſana Dyſenteria & Stranguria ſupervenerit. 3. Hinc horum vis concurrit, cum propoſito Naturæ, nam in Lue Venerea per Gonorrhoeam Natura excutit venereum virus. 4. Sanat hac ratione Gonorrhoeam, ſi dolor, ardor, ſtranguria, tumor in parte Penis ſcrotique; tunc ſemper hæc purgantia valent, & quotide exhiberi debent, quamdiu materies fuſca, vel rubella, viridisve permanet. Hæ regulæ nos docent, an pergendum, an non: ſi remittant poſt alternam purgationem, tunc remittenda

doſis

doſis major, quando eò perventum, tum dentur purgantia, quæ vulnera quoque ſanant, ſanguinem tamen mutant, ut Rhabarbarina, quod optimum eſt, addamus Maſtichen, quæ inter Balſama naturalia eſt optima.

R. Maſtich. Dr. S.
Rhei Dr. I. S.
Terebinth. Dr. S.

F. ad ignem Pilulæ Gr. III. & æger ſumat xv, ſuperbibens vel ſerum lactis, vel Decoctum Prunorum, vel ſimilis juvantis purgans.

R. Maſtich. Gr. v.
Rhabar. Dr. S.
Thur. Gr. v.
Scammon. Gr. I.
M. F. Pulvis.

Ille ſufficit ut in prioribus, hæc ſic continuanda, & videndum, an continuet materies, an minuatur, fiatque alba, poſt exſiccationem etiam remanebit liquidum illud, ad quod expellendum injectiones ab aliis inſtitutas vidi, ſed nullo cum ſucceſſu, quia ſponte ceſſat.

§ XCV. Balſamorum hic non feci mentionem, quia ex Gonorrhoea ſimplici faciunt teſtes induratos. Ravius dicit, quod quidam Amſtelodami his utens effecerit, ut per totum corpus virus illud venereum diſpergeretur. Ego, his non adhibitis, tale ſymptoma non vidi.

§ XCVI. In Plethora, temperamentoślioſo, ſi ingens ardor in membro virili, & arrectio ejus impedit curationem, tunc Refrigerantia, Demulcentia, præcipuè æſtivo tempore adhibenda, ingerendo in corpus aquoſam materiam; hic conducunt Flores Althææ, Rhoead.,

Rhoead., Sambuci, Verbaſci, qui ſatis laudari nequeunt, Folia Endiviæ, Lactucæ, Portulacæ, Rad. Scorzoneræ, Siſari, Tragopagi, Sem. 4. Frig. Maj., Cydon., Plantag., Papav. albi, & parva copia Abſinth.; ex his fiant Emulſiones, ſi corpus juvenile plethoricum, febrisque ſe immiſcet, urina ardet, tum refrigerantia ſummopere commendantur

R. Sem. 4. Frig. Maj. āā. Unc. S.
Cum Aq. Papav. Rhoead. F. Emulſ. ad Unc. XVIII.
adde Lap. Prunell. Dr. I.
Syr. de Alth. Fernel. Unc. I.
M.
Bibat æger Unc. I. tota die omni bihorio.

R. Sem. Cydonior. N. II.
Papav. Albi. Dr. I.
Parietar. Dr. S.
Cum aq. Lactuc. Unc. III. F. Emulſio, Adde
Nitr. puriſſimi Dr. I.
Syr. Diacodii Unc. I.
M. pro doſi.

§ XCVII. In Luſitania, Italia, Hispania, hac ſola methodo utuntur, ſic purgantibus opus non habent, ſed præſcribunt ſtatim decocta, balnea externa, & ſic Natura ſanat ſponte.

§ XCVIII. Hæc jam ad Gonorrhoeam in caſu prius deſcripto, in quo certa & integra futura ſit curatio ſine ullis Symptomatibus retinendis, per multa experimenta bona fide poſſum aſſeverare. Verum ſi Gonorrhoea hæc permixta fuerit aliis, tunc hanc curationem bonam fore pernego, & ſic curæ veſtræ ſupererit omnia hæc bene diſtinguere. Hæc methodus optimorum authorum firmatur ſuffragio: BRASSAVOLUS dicit: Gonorrhoea non eſt effluxus ſeminis ſed pituitoſæ materiæ, quæ admiſſâ acri labe

venereâ ejicienda eſt. Ex hoc propoſito natur[illegible] conveniunt. 1. Purgantia, Clyſmata, Decoct[illegible] 2. Unguenta refrigerantia: unguentorum loco viſco[illegible] evitans potius ad balnea confugio. 3. Adſtringentia & roborantia, tamen caute adhibeto, poſtquam certu[illegible] es virus venereum eſſe eliminatum, & ſic Vobis pro[illegible] poſui ſubadſtringentia, ut Maſtiche, Styrax Cala[illegible] mita & Rheum. 4. Si his non cedat, oritur ſæp[illegible] Lues Venerea, ergo Ligno Guajaco utendum.

§ XCIX. Supra laudatus Leonardus Brassavolu[illegible] dicit, curatio fit, *Vid. Aphrod. pag.* 680. *& ſeq.* 1. La[illegible] vando virgam. 2. Fovendo illam aquâ calidâ bis d[illegible] die. 3. Fovendo teſtes multis diebus vino pene[illegible] trante, ego his non contentus Spiritum Matricalem cum Balneo adhibui. 4. Balneo cum Rhab. Myrrh., Aloë: ego his non uſus ſum; ſi vero Terebin[illegible] thina nimis cito datur, oriuntur tumores in teſtibu[illegible] Aloë e contrariò diſſolvit, quod Rhab. adſtringit, hin[illegible] Myrrha eſt intermedium hydragogum. 5. Injectionibu[illegible] tenuiſſimis & læviſſimis in virgam. 6. Diureticis le[illegible] nibus. 7. Miſſione Sanguinis in corporibus fortiſſim[illegible] ſæpenumero requiſita.

§ C. Bernardinus Tomitanus dicit, quo[illegible] totum corpus lenientibus & adſtringentibus, i[illegible] iis regionibus verò ubi aër eſt frigidus, ſolâ aquâ ſit cu[illegible] randum.

Alexander Traianus Petronius dicit *Aphrodi[illegible] pag.* 1322. Gonorrhœam Romæ facillime curari, & detergentia, refrigerantia, laxantia ſolummodo hui[illegible] morbo convenire. Sydenham affirmat, ſe diverſa[illegible] methodos accurate perſpexiſſe, ſed ſemper ad han[illegible] ſimpliciorem recurriſſe.

DE GONORRHOEA SECUNDI GENERIS.

§ CI. In hac anterior pars urethræ non tan[illegible]

tur[illegible]

um afficitur, ſed tota Syntaxis Cryptarum, quæ in interiore parte Penis eſt, poſt ejus curvaturam eſt turbata. In priore ſedes hærebat circiter pollicem in fine urethræ, ubi Morgagnus demonſtravit in ſuperiore parte eſſe Cryptam adeo magnam, ut hordei granum capiat, orificium verò ſatis exile, & ſi juxta longitudinem findas, parietes interni plurima in ſe recipiunt orificia; longè plures Lacunæ dantur ab initio usque ad finem Glandis: duæ imprimis ſunt laterales à Cockburn deſcriptæ, tum à Ferrario demonſtratæ. Cockburn demonſtrare voluit, quis harum Lacûnarum exitus, Chirurgum Andreæ in auxilium aſſumens, liquidam Cryptæ ſcilicet Morgagni injecit materiam fiſtula bene ligata, quæ materia per lateralia vaſa ea inflando ſe diffudit, & ille ulterius urgens materiam per omnes canales omnium emiſſariorum reliquarum Lacunarum usque ad curvaturam penduli Penis dilatari advertit. Hoc maxime notabile, quod injecta materies pergeret usque in corpus fungoſum, ejusque ſubſtantiam cellulofam impleret. Si hic detur communicatio, facile videtis variata preſſione tranſudare per urethræ cavum, ſed ubi major cauſa reſiſtens applicatur ad orificia, neceſſario illud retrogedi cogitur in ſubſtantiam fungoſam. Pono ergo, quando ejus ſedes non hæreat in *Crypta Morgagni*, ſed in cæteris tantum ſuper hanc poſitis, tunc ſemper plus materiæ fluit, ſed lentior eſt deſtillatio, quam in præcedenti caſu.

§ CII. *Cauſa prima.* Acrimonia majoris veneni, id fit. 1. Si mulier vel conjux virum amplexa cum ardore venereo viri mentulam accipiat, longe pejus hoc fit, ac ſi ſine ardore venereo vir admittatur; quæ diſtinctio eſt magni momenti. 2. Putredo diu retenta, ſic ſummopere in finibus locata partes afficit. Braſſavolus dicit, Mulier, quæ admiſit Virum, qui peſſima laboravit Gonorrhoea, ſi poſt hunc ſtatim alium admiſerit, illum longè pejus afficit, muliere non infecta.

Cauſa ſecunda eſt diuturnitas Gonorrhœæ & ejusd ſimilis geminatio. Si quis commercia prohibita ſæpe petat, humores ſuos reddit acriores, & ſic facile collig dum, quod quo membrum rigidius preſſerit u thram, eò facilius intumeſcat, hinc ſi illo tempore cedat agitatio violenta, facile illa diſtribuit materi quaſi per Syringam, nam vaſa eroduntur.

Cauſa tertia per adſtringentia: nam omnis cauſa, q effluxum ex Lacunis impedit, ſi tabes venerea ad acris ſit, ut erodat orificia, humorque ſanguinolen exſudet, facit cruſtulam: ſi in hieme materies h ſurſum vergit, per illam circumſtantiam funeſta f ſi calefacientia & tincturæ adhibita fuere, faciunt cruſtationes, hæcque ſolida & oſcula areſcere & flu coagulare valent.

Cauſa quarta geminatio mali, ſi Gonorrhœa in locis reſideat, tunc nihil pejus quam arrectio Pen nam ſi urethra comprimatur, materies in cellu venit poſt duplicaturam corporum fungoſorum, ſic materia ſurſum aſcendere cogitur; ſi jam malu per ſummum calorem, febrem, medicamenta, motu & Clyſma, in hoc puncto ſit, fit eroſio usque fungoſam urethræ ſubſtantiam. Si jam videatis, er Cryptis, materiam ad Proſtatam & caput Glandis p veniſſe, non ſitis ventoſi in promittendo proxim curationem, & ſi venæ reducentes quoque Sanguine reddant (undę materia ſubſanguinolenta) Luem ve ream foras pulſare divinate, Natura hoc prius quid liquido Virus expellente impediebat, ſed jam ad ſubſta tiam celluloſam perventum, nec MACHAON retro p let, quin fiat Lues Venerea.

DIAGNOSIS.

§CIII. Si quator cauſæ modò recenſitæ in Gonorrh primi Generis adſint, tunc ſuſpicor Gonorrhœa ſecundi generis natam eſſe. 2. In Tabe fluente pe

perVenerit ad ſummam atque mirabilem copiam. 3. Si ex loco altiori preſſo materia effluit. Memini me ſupra (§ 70.) dixiſſe, Diagnoſin Gonorrhœæ primi generis in ſola Glande hærere; ſed in ſecunda, ſi verſus os Pubis & ad curvum angulum æger premat, copia quoque talis exit, non poteſtis dubitare Secundæ Gonorrhœæ ſpeciem adeſſe.

PROGNOSIS.

§ CIV. Difficilis hujus Sanatio. PETRONIUS dicit, ſæpe incurabilis tota vita, quid quid contra faciatis; ſed viro venereo jam longè quidem expulſo, illud tantummodo liquidi erit ſuperſtes, quod ſubſidii incar fuit, ut virus per illud expelleretur. BRASSAVOLUS dicit; ſi generoſiſſima quoque applicaveris remedia, ut Mercurium, Lign. Guajacum non curabis. Ergo promittere poteſtis, quod ad ſacra Conjugalia in poſterum ſe accingere poſſunt, ſed quod liquor albus, ſubviſcoſus, paulò majori copia fluens, totus diſcedat, ne dicatis ſuadeo, nam Cryptarum, Venarum, Emiſſariorum corpora magis dilatata, & paralytica facta ſunt, nec redintegrari poſſunt.

CURATIO.

§ CV. Eo modo ut in Gonorrhœa primi generis, præcipuè verò quatuor cauſarum Claſſes ſunt vitandæ, nihil verò in hoc ſecundo genere pejus quam arrectio penis. Porrigenda itaque decocta ex Rapis, Dauco, Hordeo, Avena, Tritico, cum aqua in pultem redacta, ut tantummodo evitaretur incenſio ad partes fluidas cohibendas. Æger quamvis ſit debilitis, tamen curabitur quoque. Error loci evitandus. Theoriæ ignari adſtringentibus & corroborantibus curari poſſe ſibi imaginantur, ſed vaſa degenerant, & materies adſcendit. Si imprudenti ità con-

 ſilio

ſilio vaſa conſtringantur, nondum effluxo viro venereo, ſequitur mirabilis adſtrictio Penis; nocte enim diesque ſentiunt, ac ſi Penis manu validiſſim premeretur, & tunc materia virulenta emanare labo rat. Si venenum ut in primi Generis Gonorrhœ dictum expelli poteſt, adhibeantur leniter corrobo rantia & adſtringentia, ſed ſumma cum prudentia at que cautela.

GONORRHOEÆ TERTIA SPECIES.

§ CVI. Quando venenum inficiens per cavitatem urethræ, ubi duo orificia lateralia *Glandularum Cou perianarum Lacunarumque Morgagni* adſunt, per venit, illa duo orificia inviolabilia ſemper ibi in ca vum urethræ, ubi Penis curvatura oritur, deſinunt per tres porro digitos verſus Proſtatam adſcendunt & inter locum, ubi bulboſa urethræ ſubſtantia ac creſcit, deſinunt, & in hæc virus ſe inſinuat. Succus qui in his ſeparatur motu & preſſione muſculorum Ac celeratorum ejicitur eo tempore, quo liquor proſta tarum Semini admiſcetur. Si nunc malum profundum ſit, oritur tumor circa Perinæum.

Gonorrhœa Secundi generis ſemper præcedit ter tiam, & prima iterum Gonorrhœam ſecundi Generis Cauſa hujus mali eſt eadem, ut antea in Gonorrhœ ſecunda deſcripſi, cum hoc tamen diſcrimine, quod in hac acriores & diuturniores ſint humores, & malum hæreat in altitudine circa os Pubis. Signa hæc Me dicis Junioribus quàm maximè ſunt inculcanda, ne poſtea non accuratè inſtructi Theoria periclitantur d fama.

DIAGNOSIS.

§ CVII. *Primo* ſi difficultas circa curvaturam Pe nis poſt primam & ſecundam Gonorrhœam oriatur

ſi locus preſſus nihil materiæ reddat, ſi difficultas urinæ, & ejus miſſio cum moleſtia ſentiatur, ſi dolor moleſtiſſimus, & manifeſtus ad Perinæum tumor ſub Proſtata appareat, ubi ad quartam partem pollicis ad latera inteſtini recti accrevit. Plurimi parum inſtructi Medici, ſi dolorem tumoremque in hac parte advertant, ad Gonorrhœam minime pertinere ſomniant, ſed vos, ſi poſt Gonorrhœam ſecundam vidiſtis, malum ſuſpicemini eſſe profundum.

Secundo. homines in ſingulis urinæ emiſſionibus has glandulas emungunt, præcipue lotio jam emiſſo, hisque partibus preſſis materies ſequatur purulenta, ſanioſa, ichoroſa, tunc certum tertiæ Gonorrhœæ ſignum habetur. In aliis Gonorrhœæ ſpeciebus hæc materies ante lotium miſſum apparet: ſed ſi certi velitis eſſe & his dictis fidem non adhibere, accedite ad ægrum mane poſt ſommum, nullo lotio reddito, ſic facile experimentum Gonorrhœæ primæ & ſecundæ habetis, in prima ſcilicet ſpecie ex ſola glande, in ſecunda vero, ſi verſus Os pubis & curvum angulum prematur, materies venerea exit. Si ante curvaturam Penis accurate materies ibi hærens exprimatur, tunc autem non ad latera Penis, ſed ſtatim ad Perinæum applicentur digiti, & ibi quidem ad latera, ubi tumores exiſtunt, prematur locus, ſi tunc alienus exſtillet humor, putate me vera vobis prædixiſſe de Gonorrhœa tertia.

Tertium Signum eſt diverſitas materiæ cum Gonorrhœa prima & ſecunda producta, hæc ad *Lacunas Couperianas* ſemper plus cocta & corrupta eſt.

Quarto. inſanabilitas: nam materia extra urethram hærens purgantibus non obedit, ut in aliis Gonorhœæ ſpeciebus.

PROGNOSIS.

§ CVIII. Glandulæ hæ, quæ magnitudinem ſemi articuli digiti adæquent, ad muſculorum accelerato-

rum compreſſionem in ſua ſubſtantia integra compr muntur, & conſumuntur; hinc materia fit putrida, quæ difficulter exprimi poteſt, & quod præcipuum eſt i hoc malo tædioſum, materia putrida in infimo glan dularum loco hæret, acceditque, quod eroſa vaſa jan ſint anguſtiora.

2. Exeſio membranulæ glandulam ambientis, nan membrana celluloſa exeſa, quæ hanc ambit mem branulam glandulæ, illa glandularum denudatur, & fi tenuior membranula celluloſa ſcroti, etiamſi non appa reat in viris ob copiam olei in cellulis ejus, attamen eſt vera membrana; ſi ulcus jam huc perveniat, to facit gyros & labyrinthos, ut nunquam ſanari poſſit quando ſanies exit è ſcroto, tunc tunica ejus celluloſa ita evaneſcit, ut ſcrotum nihil omnino eſſe videatur

3. Ulcus fit in membrana adipoſa in perinæo; nam Glandulæ non in urethra hærent, ſed extra eam, ergo ulcera in perinæum abeunt, membrana jam tenuior facta materies nunc huc nunc illuc ſerpit, & ſic oritur longè alia ſpecies Gonorrhœæ.

4. Diſperſio mali per totum panniculum adipoſum

5. Ulcus in perinæo curatu difficillimum, quia *Lacuna Morgagni* nihil diſtillat, quoniam exeſa eſt, hinc ambages & ſinus hic oriuntur & tandem ſucceſſive quoque tumores.

6. Si nunc urethram relinquens ad perinæum, muſculos, proſtatam, femora proſerpit, tempus fere conclamatum.

§ CIX. Studioſo naſcitur Gonorrhœa, applicat ipſe ignarus remedia non ſufficientia, morbus fit pejor, accipit ſecundam & tertiam Gonorrhœam, conſulit multos, ſed nemo ſcivit qualis ſit morbus, vocatus quoque Chirurgus inſipida manu plus damni intulit quam boni, hinc omnia recenſita mala in hoc homine orta ſunt.

C U-

CURATIO.

§ CX. Primò prodeſt quam maxime Prophylaxis, hoc eſt præcautio, ne ex tertia oriatur quarta, & ſic tota curatio eſt dirigenda: nam ſi tertiam præcaveatis, quartam non habetis curandam, ſi vero tale malum jam ſit factum, requiritur curatio ſecundæ Gonorrhœæ. 2. Inſtituatur ſæpe moderatiſſima glandularum preſſio, ut caveatur, ne materia contenta ſtet in his locis. Æger non ſedeat erecto corpore, ſed decumbat dorſo, & per mediam horam comprimat quam molliſſime, ſituque corporis non urgeat ultima loca. 3. Si, his irrito inſtitutis, humor augetur, fomenta & unguenta, quibus externa ſollicitamus, adhibenda. Si adhuc obſtinate perſeverat materia, tum tentanda formatio abſceſſus extrorſum verſus cutim in perinæo, & hac ratione, dum abſcindere partes non poſſumus, per urethram quoque ire nequit, maturemus glandulas, & abſceſſu facto ocyus pertundamus loca lanceolâ chirurgicâ, & ſic externè curemus, præterea etiam, ne virus ſe diſpergat in latus, neceſſe erit glandulas formare in abſceſſus, & aperire conſumptas. Ergo adhibeantur Ceparum bulbi, quos repone in Teſtam figulinam, combure in cineres, & hos ſuperimpone partibus affectis panno aliquo circumligato, hoc enim acceleratiſſimum ad pinguedinem in materiam purulentam mutandam remedium: vel

R. Bulb. Cepar. Unc. I.
Farin. Aven. Dr. I. S.
Butyr. rec. inſulſ. Unc. I.

Hæc cum pauxillo lactis in pultem redacta parti in perinæo, ubi tumores ſunt, applicanda. Poſt adhibenda Cataplasmata Emollientia, & tam tenuia reddenda integumenta, ut partes ferè diſſolvantur, V. Gr.

R. Farin. Lini vel Secalis Unc. I.
Foliorum Althææ. M. I. S.
Melilot. M. I.
Florum Althææ M. II.
Olei Lini Unc. I.

Coque in lacte, ut fiat conſiſtentia; cum hoc faciamus reſiſtentiam minorem, ut materies maturata non cogatur ire introrſum per Panniculum adipoſum minus reſiſtentem, donec tumor mucronatus adſit, quem emollimus, ſed cavete, ne frigus accedat. Si materiam proſtatæ purulentam adeſſe ſentimus, preſſis lateribus, & digito in anum immiſſo extrorſum pellimus abſceſſus. Si locus hic perfoſſus eſt, & materia idoneâ exiit copiâ, locus depurari debet. Egregie tunc convenit digeſtivum ex Aloë, Terebinthina & Vitello ovi, quod permixtum applicetur, per fortia enim remedia hoc malum urgeri non debet. Si exſudat materia, & dolor ſatis vehemens remanet, tunc ulceratio magis magisque promoveri debet, & ſic non amplius eſt Gonorrhœa, ſed abſceſſus arte factus. Hic vobis incumbit, ut non per urethram injiciatis, ſed ad locum, ubi dolor & tumor, leniſſima applicetis remedia emollientiſſima, ſuppuretis, & lanceola incidatis, verſus abdomen & anum premas, ut Sinus appareat, jam habetis fiſtulam generatam, quæ in Lue Venerea ſecedit, & tunc de ſede affecta eſtis a poſteriori certi. Omnes partes tabe inquinatas elue digeſtivo & abſtergente in *Materia Medica ſect.* 207. deſcripto, hoc optimum, quod fieri poteſt, eſt medicamen, ſed cavendum, ne per illud foramen jam factum impediatur excretio materiæ.

§ CXI. Internè aloëtica adhibenda. Si latera flocculenta vides, tunc adhibe unguentum ægyptiacum, in hoc enim baſis ærugo, quod eſcharam inducit, & ſic per tempus continuandum, donec ſemi mortui flocci & gangrænoſa labia depurata ſint; dein minuimus preſſionem,

nem, & hypercatharſin. Si bonum pus ſuccedat, tunc tabum venereum abeſt, & ſic extrorſum fit curatio: antequam vero cicatrix obducatur, pus naturale, fundum non gangrænoſum, papilloſas excreſcentias venire fas eſt. Adhiberi tunc poteſt.

R. Unguent Baſilic. Unc. I.
Merc. Præcipitat. Alb. bene pp. Dr. II.
M.

cum hoc leniter inungimus Gangrænoſa latera, hoc conſumit cum levi tentigine, tum obſervamus an pus bonum, fundusque ſit purus, ſi non mucoſi flocculenti, ſed in carnata rubraque incipiant fieri latera, pergetis eadem ratione: huic uſui quoque inſervire poteſt ſequens unguentum,

R. Unguent. Aurei Unc. I.
Merc. Præcipit. Alb. Dr. II.
M.

Hoc facit, ut partes maneant flaccidiſſimæ. Jam in eo quæſtio verſatur, an Medicus, his rite peractis, locum claudere poſſit, an non. Poterit propter eventum dubium ſibi aſſociare alium peritum artis Magiſtrum. Sic audeo claudere ex natura apparente, lateribus, & fundo; ſcilicet ſi pus naturale & bene coctum ſit, & nullibi Grangrænæ indicia remaneant. Solum unguentum aureum carnem interdum nimis extuberare facit, tunc adhibete digeſtivum; ſi hoc nondum valet, applicate Ceruſſam. Si his factis apparent laterales ſinus, ex quibus, quantum attingere potes, ſuppuraveris. Ptyalyſmum inſtitue, ſi potes, ubi proſtatæ, Veſicæ collum, muſculi, Perinæum, inteſtinum rectum, fiſtulas habent; nam fiſtulas ibi aperire prohibitum eſt; ut ibi ſoluta exeant, locum tene flaccidiſſimum, impediendo ne coëat, & Salivationem urge.

QUAR-

QUARTA SPECIES GONORRHOEÆ.

§ CXII. Si tabum venereum ad oſcula Proſtatæ diſtincta & trium emiſſariorum pervenerit, ubi urethra eſt omnium debiliſſima & anguſtiſſima, oritur Gonorrhœa Quarta, quam vidi & dolui. Oritur ergo imprimis impedimentum urinæ; ſic vidi hominem, qui intra 24. horas ſtetit, terramque continuò calcavit, quia urinam reddere non potuit: huic ſtatim dixi, ibi Carunculam hærere, quam ſi cathetere pertundere voluiſſes, maxima ſecuta fuiſſet hæmorrhagia. Ergo hic longè alia inſtituenda tragædia, nam hanc niſi pertuſo perinæo curabis nunquam.

§ CXIII. *Cauſa prima* hujus mali eſt, quod tabum venereum hæc oſcula afficiat, & cum hæc 12. orificia proſtatarum ſuccum unctuoſum ſtillent, ſtatim, his clauſis, vitium perſentitur. LITTRIUS obſervat, quod hæ 12. Cellulæ ſint diſtinctæ, & una membrana circumdatæ, hæ omnes unum habent emiſſarium, per quod intrans mediam proſtatæ ſubſtantiam perforat, & ſic Penis tranſit montem, clauditque urethram.

Secunda cauſa eſt Gonorrhœa tertia, ubi per declivitatem Penis guttulæ materiæ morboſæ huc veniunt, hinc omnis cauſa, quæ efficit, ut Gonorrhœa prima, vel ſecunda, vel tertia, retrogrediatur, facit hanc, quam memini, oriri, ſed ſemper poſt alias male curatas, & ſi poſt tertiam Saltationes, Equitationes, Potationes inſtituantur, tunc certè hoc malum ſequitur.

§ CXIV. *Effectus*: quando Proſtatæ glandulæ tumere incipiunt, urethra comprimitur, & ſic illarum ſubſtantia fit molliſſima & pulpoſa, ſubpinguis, plena putridâ materià, hinc oritur infectio peſſima. 1. Ob ſitum declivem. 2. Ob difficillimam materiæ ſuppurationem, & ſuppuratæ excretionem: nam materia hic non in urethram fluit, urethræ quoque cavitas ad Proſtatæ emiſſariorumque oſcula eſt anguſtiſſima; ſubſtan-

ſtantia fungoſa huc verſus applicatur, & partes fiunt laxæ, Proſtatæ enim corpora tantum afficiuntur, quæ ambiuntur celluloſa, & pinguedinoſa membrana, unde, hac eroſa, oriuntur ſinus, ambages, & fiſtulæ.

§ CXV. *Effectus particularis* eſt exeſio in ſaccum cavum putridum, quæ per oſtiola in ſaccum cavum ſe inſinuat, ergo in locum, ubi Proſtata accreſcit, & in urethram usque penetrat; hinc ſummus fit ardor, dolor Iſchuria, ferè perpetua, Urinæ retentio: ex his tranſit ulcus in Perinæum. Hæc autem omnia tertiæ Gonorrhœæ cum quarta ſunt communia, ſed hoc habet ſingulare, quod in Perinæo ulcera facta hæreant in urethra, & ſi hæc eroſa eſt, ſtagnat urina. Sic lotium, hac parte eroſa, cogitur ſibi quærere aliam viam, ut ipſe vidi, per ſcrotum puta itemque rectum inteſtinum. Vocatus ad Juvenem antea à tribus Medicis tractatum, vidi ea, quæ dixi. Et ſic oriuntur peſſima ulcera. Horrendiſſimum verò eſt, & vix ſine madidis oculis conſpiciendum, malum, ſi materia hæc ſe inſinuat in illa tria orificia Semini exitum præbendo dicata, quæ in urethræ cavum patent, & hoc penetrat usque in Veſiculas Seminales, quod nulla arte curari poteſt.

DIAGNOSIS.

§ CXVI. Ex effectis deducenda, imprimis ſi preſſa materia verſus urethram deſudat, & ſi fœtor ſummus adeſt cum Stranguria. Gonorrhœa quarta eſt ultima in hiſtoria Gonorrhœæ, quare priusquam me ad ejus curam accingam, partium, quas occupat, tradam deſcriptionem.

§ CXVII. Urethra binis conſtat membranis, & corpore cavernoſo his interpoſito, quæ membranæ in proſtata adeo duræ, albæ & tenſæ ſunt, ut vix ſeparari poſſint, & pro una fere membrana haberi debeant, WINSLOUW *No.* 531., ad bulbum vero in duas finditur,

tur, corpore cavernoſo intermedio ſeparatas. Collo veſicæ in mare ſphincter arctè interponitur, mox, amiſſo muſculo, veſicæ tunica interior exit ſola, glandulis mucoſis inſtructa, mucilaginoſa, quæ gracileſcens paululum adſcendit, & tuber glanduloſum transgreſſa cingitur proſtatâ; hanc in viris ſatis magnam eſſe, ut urethræ & hujus ſubſtantiæ reſpondeat, omnibus Anatomicis, qui Sectionibus interfuerunt, conſtat. In his verò partibus urethra non, ut in reliquis, libere decurrit, ſed quaſi per montem ad ſesqui pollicis fere longitudinem, donec ad proſtatam perveniat. Proſtatæ a multis Anatomicis ceu duæ Glandulæ ſunt propoſitæ, quas tamen antiquiſſimus Auctor Herophilus, aliique, præterea etiam Recentiores, unicum tantum corpus jure merito appellarunt, in 12 diſtinctas dividuntur partes, ex ſingulis unum formant emiſſarium, ad eundem locum duo orificia extrema hiantia duarum fiſtularum ex binis Veſiculis Seminalibus per fungoſam ſubſtantiam procedunt, quæ una adhuc ex duabus fiſtulis, ſimul ut obſervat Morgagnus *Adv. Anat.* IV. *Anim.* III. prodit. Super hæc in Viris adhuc 15. alia continet orificia, quæ ſetam porcinam inter ſe admittunt, & ſi veſiculæ premantur, per hæc ſemen exit. Hic ille locus periculoſiſſimus & ſedes Gonorrhœæ quartæ; nam materies virulenta, ſi per hæc loca tranſire poteſt, hos occupat 15 canales cum 12 iſtis orificiis proſtatæ, & binis, vel ſi mavis tribus, Veſicularum ſeminalium.

Cauſa hinc ſemper Gonorrhœa tertia prægreſſa & quartæ quaſi baſis dici poteſt. Si vero ad laterales Glandulas, quæ parant mucum lubricantem, & per fiſtulas, ubi anfractuoſa curvitas ſub oſſe Pubis eſt, emittant, liquor ille quacunque de cauſa retrocedit, tunc Gonorrhœa quarti generis oritur.

§ CXVIII. Experientia docet omnia emiſſaria Lacunarum veſicularium in urethra inter ſe communicare; nam per injectionem compertum eſt, quod liquor in

in cryptam perfuſus omnia tranſierit: ſi nunc ad proſtatam venit, quarta oritur Gonorrhœa, quæ plerumque originem ſuam ducit, ſi perverſa methodo prima, ſecunda & tertia curantur eſcharam inducendo. Multi Chirurgi Salia, Mercurialia, Vitriolata præſcribunt, ut in pertinaci Gonorrhœa injiciantur, hoc ſi factum fuerit, malum venereum aſſurgere cogitur, & ſic inflammationem procreat. Si hac methodo curantur, Stranguriam inducunt, ut nec guttula urinæ procedat, Veſica interim manente pleniſſima, hæc, ſi in tali ſtatu per 24 horas perſeveret, fit Paralytica, vel ſi ſuccedat, rumpitur aliquid, & ſic fluviatim prorumpit urina.

§ CXIX. R. de Graaf & poſt eum Ruischius optime literis demonſtarunt, quod Proſtata ſit congeries 12 membranoſarum ampullarum, quæ non habent commercium inter ſe, quia quælibet quaſi propria membrana, ſed totidem diſtinctis notabilibus emiſſariis hiant ita in urethræ cavum, ut undique cingant exitum illum veſicularum. Arterias recipit innumerabiles, & plures glandulas liquidum blandum, pingue, candidum, copioſum, fundentes, quod & balſamicum vocari poteſt, ne proſtata aſperitate afficiatur, & ut ſemen craſſius ex veſiculis proveniens diluatur. Leal Lealis dicit, hoc eſſe nutrientiſſimum maſculini Seminis pabulum in Elementis vivificis. Singulæ ampullæ confectum liquorem in deſtinatis locis in urethram ponunt. Duodecim hæ aperturæ ad tres illas Veſicularum Seminalium ſic apponuntur, ut nulla gutta ſeorſim venire poſſit ex illis tribus, quin ex illis 12 veniat ſimul; ſi nunc miasma venereum unam fiſtularum earum acceperit, tunc una ampulla ulcus fiſtuloſum glanduloſum habebit, ſi omnes, tunc omnes tali fiſtula afficiuntur, & ſi ad unam illarum, quæ ad veſiculas tendit, pervenerit malum, ſupra urethram aſſurgit. Morgagnus etiam aperte demonſtravit, quod ſi in unam apertu-

ram

ram Veſicularum Seminalium miaſma ingreſſum fu-
rit, facillime in veſiculas ſeminales ipſas aſſurgit, qu
iterum cum vaſis deferentibus reſpondent; faci
ergo malum hic oriri, & in teſtes, Epididym
tranſire poſſe, quisque perſpiciat. Si nunc hic lo
natum fuerit malum, tunc ſitus declivis efficit, ut cu
ratio evadat difficillima, ſi in Glandulis Couperianis
tunc tota pars anterior urethræ afficitur.

PROGNOSIS.

§ CXX. Hæc Gonorrhœæ ſpecies curari no
poteſt niſi ſectione Chirurgica, & ut fiat larga aper
tura totum ulcus eſt aperiendum, apertum tamdiu te
netur, donec pus bonum, maturum, perfectum
appareat.

§ CXXI. In Gonorrhœa prima materia venere
loca, per quæ tranſit, inflammat, excoriat, in do
lores abire efficit, exulcerat; hinc, quam diffici
lis cura, nemo non videt. Locum Glanduloſum
corruptum purgare fit per artetias, in quibus ho
virus eſt, vi quadam bonos humores projicere, &
materiam virulentam ita exprimere, ut cauſa poſſi
ablui, & cum impetu prorumpere, & excuti quea
Medicus ergo naturam tantum juvat in abluendo
& diſponendo loca, ut non reſiſtant purgationi mias
matis. Si malum circa Proſtatam & Veſiculas Se
minales, tunc mercurialia ſalina non conducunt, non
enim penetrant, & Urethra concreſceret.

§ CXXII. Urethra ad Proſtatam omnium tenuiſſima
nullus enim hic loci eam ambit muſculus, nulla mag
na arteriarum ſtructura, ſola tantum membrana cel
luloſa, quæ totam proſtatæ molem circumiens aliis
partibus ſe alligat; cum jam nullæ partes tam diffi
ciles reperiantur, quæ purgari poſſunt, quam mem
brana celluloſa, patet, qualis ſequatur curatio. S
nunc fiſtulæ fiunt ſinuoſæ, incurabiles ſunt, & ſinu
membranæ celluloſæ aſſiduo inflammantur, ſuppu
ra

rantur, donec totaliter ſint corruptæ. Si per emiſſaria Proſtata virus deponat venereum, eſt aliquod ſignum Sanitatis.

§ CXXIII. Vidi, ſed doleo, in hac ſpecie longe triſtiora, quam quæ Gallicus ille author Pedemontanus narrat Vercellonus. Vidi Membranam cellulofam in tabem corruptam fuiſſe putridam, & ad inteſtinum rectum penetraſſe, imò horrendum dictu, quod ſtercus per latera ſcroti exiverit; Veſicam urinariam vidi exeſam, ut perinæum continuò exſtillaret lotium. Quid hic remedii applicandum? nihil: nam corrigere nefas; victus autem & motus præſcribendus, qui teneat loca aperta, donec pus evadat bonum, ac album. Suppuratione utitur Natura.

§ CXXIV. Si fiſtulæ fiunt, Salivatio nihil efficit, niſi fiſtularum emiſſario detur exitus; decocta hic reddunt Curam Palliativam; nam quamdiu iiſdem utantur ægri, nil quaſi mali ſentiunt, ſi verò per longi temporis uſum abhorrent, negliguntque, fomes redit, incendit, urit. Malum venereum hujus eſt naturæ, ut ſanitas nullum tale cogitet antidotum, quod maſſam ſpirituoſam ab hoc malo teterrimo curare poſſit. Prognoſis idcirco non valet, ſi curare non poſſimus, ſi viæ non manent apertæ, Natura ſola curat, ſed è contra malum quotidie fit deterius.

CURATIO.

§ CXXV. Si in Lue Venerea os Tibiæ infectum, tophoſum & exoſtoſis redditur, tunc prudens Chirurgus plagam largam ad os usque infligit, ulcus locumque, donec pus appareat bonum, non claudit; nam ſcit, quod Natura concurrat, & locum ſola perfectè ſanet. Si verò hoc non facit, in pejus vergit malum. Inciſio ergo, ubi fieri poteſt, extrinſecus optime conſulitur Natura, uti in Archiatro magno alicujus Principis expertus ſum, dum confi-

ſum

lium à me petebatur: nam loca illa externa, ubi cru ſtula apparebat, incidi ſuaſi, unde maximum illi le vamen, dum interim loca interna, quæ inciſioni ac ceſſum denegarunt, infecta permanſere. Per cau ſtica tentare curam nefarium; vaſa enim non dila tantur, ſed conſtringuntur potius, quod tamen e antecedentibus noxium eſſe probatum eſt. Simula in quarta Gonorrhœa videtur urgere periculum, ſu pereſt, ut præſcribatur Diæta.

§ CXXVI. Fugiantur pinguia. Adhibeantur De cocta ex pauco pane cum uvis corinthiacis electis, iter juſcula cum pauciſſima carne præparata, ut & En divia, Lactuca, Acetoſa cum pauxillo ſale contr putredinem, & aceto; acetum enim habet ſpiritu concentricos cum ſale. Balnea leviuſcula laxantia & demulcentia, paucis ſalinis admixtis, debilitant quo que putridum. Poſtquam ſic corpus diſpoſitum e ad curationem, Salivatio adhibeatur per Mercurium

§ CXXVII. Si tabes venerea pinguedinem in mem brana celluloſa vertit in putredinem, liber veſicæ & in teſtini meatus, & ductus Penis, obſtruitur, ſi nun malum proſtatæ quoque aſcendat ſurſum, quan ta mala. Vercellonus optime demonſtravit virus a montem Veneris usque perveniſſe; hinc unusquis que facile perſpicit, quam tædioſa curatio ſit in Lu Venerea, & veriſſimi hujus argumenti Ego ſim Au thor, quod, ſi miaſma in tali infecto individuo no exſtirpetur, & natura ſua non excidatur, tantum ina ne erit; ſi verò per exquiſitas Chirurgorum manus factâ aperturâ, puri egreſſus detur, pinguedinoſæ ſi cryptæ ab obſtruente illa materia liberentur, curationi ſpem affulgere contendo.

§ CXXVIII. Lues Venerea eſt corporea cuti ut ſpi culum intra corpus adactum affigens; ſi nunc per ſi nus repat, & Tu non per Decocta, Balnea, Mer curialia corpus ſic reddideris laxum, & ut ita dicam merè aquoſum, ut omne putridum reſolutum exire co

gatur, Tu ſalutis reſtaurator jure dici non poteris: etenim ſi minima particula reſtiterit, damnum reddit eo violentius, & Te contemnunt miſeri.

§ CXXIX. Macilentus ideo præſcribendus victus, oleoſa tamen externè applicanda, Emplaſtra, Unguentaque. Interné convenit Lignum Guajacum, nam in hoc tabo unum tantum ſupereſt, ut loca retineantur aquoſa & meabilia. Si corpora ſic ſint reddita laxiſſima, & meatus fuerint aperti, jam reſolvendi ſunt tumores, ut maximè fiant aquoſi, & hoc ſit per ptyalismum; per hunc enim olea ſic mutantur, ut abeant & exeant in ſpeciem aquæ. Si obeſi ſalivationem pati coguntur, eorum habitus evadit pene cadaveroſus. Ex Chemia enim conſtat, quod, ſi ex oleoſis exiret volatile, fiant putrida; ſi nunc vis ægri perferre poteſt, in vado ſunt ægri; ſi vero vires vitales ſuccumbant, pereant. Idem illi experiuntur fatum, quorum oſſa ſunt infecta; in iis enim putridæ materiæ exitus negatur. Vir quidam clarus meæ curæ ſe ſubjecit, cui totum ſcrotum in putridum quaſi abiit, & malum ex quarta ſpecie erat natum in membrana celluloſa. Res profecto videbatur periculoſiſſima, nam à multis præſtantibus Medicis relictus fuit, ſed cum uterer experta Chirurgi manu in fiſtulis & ſinibus, ubi Lanceola exitum fecit, ſanatus abhinc diſceſſit, nam medicamentis poſtea tractatus eſt vulgaribus: hinc ſi Secando non eſt huic malo medendum, nemo medicamentis ſanabit. Si hoc factum eſt, poſtea vitantur oleoſa, ut ſæpius monui, adhibeantur contra ſaponacea, ut Mel cum Aloe, Sapo Venetus, Spiritus Comphoratus, Theriaca, cum his, quæ inſignis ſunt virtutis, omnia loca ſunt implenda, ut natura ſeparationem eò melius & tutius perficiat, & malum exhalet. HIC EST ULTIMUS ARTIS LIMES.

§ CXXX. Quæſitum ab omni tempore, quo nam in hoc malo truculento præſtantiſſimum ſit rem dium: veriſſimè confiteor, me plurimorum ſcripta pe luſtratum fuiſſe, unum hoc alterum illud commenda legi, ſed ſi verum fatear, optimum adhuc, quod a ſuppurationem citiſſimam cum ſpe applicari poterit, e Vapor *Mercurii*, ſi orificia ſint aperta, vel vap *Cinnabaris nativæ* ad *ſcr.* I. accenduntur ſuper br cteam ferream, ut fumus per infundibulum accipiatu & ad locum infectum dirigatur, & ſic parva induca tur Eſchara, poſt applicentur aquoſa ſimiliaque, qu eſcharam emolliunt, ſicque continuetur tamdiu, quan neceſſitas poſtulat, ſed ſummo hic judicio in diſcernen do & applicando opus eſt.

§ CXXXI. Plerique Chirurgorum, tumorem i urethra ortum ſuum habere, putant, & hunc pro car ne habent, quia vident ex eodem ſtillare materiam lividam & putridam; verum hoc malum hæret in ip ſa fungoſa ſubſtantia: impoſſibile enim eſt, ut hærea in urethra, ſed ad latera potius in ductibus, quoc injectiones ex aqua, melle, & ſaccharo abunde te ſtantur. Carnoſum aliquid eſſe confitentur etiam Me dici, at, re accuratius examinata, nil profectò aliud eſt, quam fiſtula. Vide Brunnerum & Miscellanea Eruditorum Lipsiensia.

§ CXXXII. Hinc patet quid ſit Iſchuria; nam malum quod tres vel quatuor annos poſt Gonorrhœam manet, homines cæteroquin benevalentes ad reddendum lotium ineptos facit, licet veſica urinaria ſit pleniſſima. Chirurgi catetherem immittere tentantes ajunt, eum propter carnoſum tumorem tranſire non poſſe; ſed ſi malum per 24 horas ſummis cum cruciatibus duraverit, materia & pus expelletur, & malum ceſſat; poſt aliquod vero tempus novas ludit tragædias, & quidquid ei adhibent remediorum, ea tamen internè applicata nil juvabunt. In hoc caſu

experto credite, nil enim auxilii ſupereſt, niſi ſo- aqua cum melle ſine ullis eſcharam facientibus in- ciatur, ut ſic materies exire queat; & hoc modo uravi Virum illuſtriſſimum, qui & urinam ex veſica xire non permiſit, curatus fuit feliciſſime balneis laxan- bus, potu quam plurimo, injectione aquæ cum pauco elle in urethram, nam pus perfectum erat generatum, timò crepuit tumor, materia exivit, & urinam miſit.

§ CXXXIII. Si in ſuperficie urethræ malum reſidet, ſebo parant alii Emplaſtrum applicandum veretro, & charctica ex Alumine, Vitriolo, Mercurio, ſed tunc ulceratur urethra, & non curatur.

§ CXXXIV. Nonnulli per ſudorifera curari poſſe ſtant. Apud antiquos hic quidem mos erat, ſed in tio mali tunc adhibeantur, & ſic aliquid efficie- nt: hodie cum illa malorum ſeges multo uberior , quam illis temporibus, vix vel nihil faciunt, quia ula eſt ſinuoſa. Quos ſic tractatos vidi, miſerri- è ſine ullo levamine fuerunt exſiccati. Verum in plici Gonorrhœa, ut jam dixi, hæc adhiberi poſſunt. d. *Alexipharmacum* PETRONII.

§ CXXXV. Sunt qui contendunt Gonorrhœam oad materiam in Sanguine hærere, quoad locum urethra, & quod Natura utatur ſanguine pro lixi- , & diuretica determinent hanc actionem hujus vii verſus urethram; hinc dicunt mechanice ſit c deterſio. Hæc res quidem veriſſima, nam Na- a non purgat, niſi hac via per defluxum. Sed ro- Viros, ſi Gonorrhœæ non tam facilis pateat exi- , an putent, quod per diuretica malum penitus atur?

CXXXVI. Aqua cum pauca Glycirrhiza multos avit à Gonorrhœa, ſed hoc non ſufficit, dum teria virideſcens ſimul adeſt; alii hoc advertentes, d aqua cum Glycirrhiza non ſufficiat, Balſamica ibuêre. Hinc apud Agyrtas Balſamus Peruvia-

nus, Balſam. Copaivæ, Terebinth. Cyprin., Opobalſam., de Mecca, quod tantum Nobiliorib commendant, multum valent, ſicque curantur m ti, præcipuè ſi aqua communis cum glycirrhiza Emulſionibus ex Papav. & aliis frigidis utantur minibus ſimul: ſed ſi materies eſt maligna, qu tum? Teſtes enim fiunt tumidi, materies magis mulando quam abluendo urget in urethram, & tu longè major etiam oritur in virga calor, major te tigo, partium tumor, tunc methodus per purgan fiat, & vel diluentia vel diſſolventia conveniunt; de hæc omnia? ſemper affirmo, quod in hoc caſu pr præceſſerit.

§ CXXXVII. Eſt adhuc alia ſecta orta, quæ A thorem Bartholinum agnoſcit, qui obſervavit, qu Cantharides in pulverem redacti & jejuno ſto cho ingeſti ſitim, calorem, pruriginem, halit fœtidum, urinam aſſiduo auctam, flammeam, majori copia fundentem, imò veram Gonorrhœ provocent; unde putarunt in Gonorrhœa pertinaciſſi pulverem Cantharidum ad Scr. S. aſſumptum eò trudere poſſe virus venereum intra paucas h ſub ſpecie mucilaginoſæ, flavæ, materiæ, ut in tum reſtitueretur homo: quare per totam Eu pam illa Tinctura Antigonorrhoica & Antinep tica Bartholiniana fuit celebrata, quæ præparatu ſeqq.

R. *Canthariđ. pulverat. Sc.* I.
Infund. in Vini Rhenan.
Vel *Sp. Vini Unc.* III. vel IV.

ſtent in infuſione per aliquot dies, deinde per char bibulam filtrentur, ut ex ſubſtantia Cantharidum hil admiſceatur, Ex colato liquore cochlear unum ſem aliis ſeu vini ſeu cereviſiæ admiſceatur, & e mixto primo die unum, altero duo cochlearia,

deinceps propinentur. Vide TH. BARTHOLINUM *Cent v. Hiſt.* 82. Sed, ut ingenuè fatear, hæc Tinctura urinam adeo reddit acrem, ut membranam nerveam veſicæ urinariæ eo usque convellat, donec mucus effluat, & ſi magis urgeatur, ſanguis ipſe erumpat. Sic membrum virile ex uſu ejus tincturæ induratum viſum eſt, ut omnes mirarentur; hinc malum non minuitur, ſed inflammatio etiam excitatur, ergo hæc Tinctura à Medico perito non adhibenda niſi in corpore frigido, leucophlegmatico, & hydropico; quare adhibete Succum Liquiritiæ inſpiſſatum & ablutum in multa aqua, & tunc paucas guttas de hac Tinctura addere poteris, quod tunc præſtans remedium.

§ CXXXVIII. Tentare autem imprimis opportet per injectiones, & ſine his non bene curari poſſe contendo, præmiſſis nempe fotû, vapore; reſiſtunt enim materiæ corruptæ, eamque corrigunt. Sunt, qui perverſa methodo non laxatis vaſis per adſtringentia curare ſibi proponunt, ſed infortunato plerumque effectu. 1. Scilicet Alumine in aqua diluto Chirurgi laxatiſſima membra tangunt, fluxumque ſiſtunt. 2. Idem faciunt cum Saccharo Saturni, ſed, eſchara facta eaque abſumpta, malum redit. 3. Vitriolum quoque in aqua dilutum ad hoc forum apud eos pertinet, ſi nunc per hæc fluxum inhibuerunt, tunc ſe malum curaſſe blaterant, & Euge clamant! ſed hiſtrionis more rem poſtea non ſuccedere ejusmodi cumani aſini experiuntur, famâ ſuâ læſà. 4. Adhuc eſt methodus, ubi talis materia injicitur, quæ directè oppoſita eſt morbo vel malo venereo, & hæc methodus vocatur ſpecifica, de qua multa apud COCKBURN, qui præ aliis gloriatur methodum hanc ſibi eſſe cognitam, eam vero cogitat nullatenus communicare. Ego me habere eam non affirmo; & fateor, quod hæc methodus ſit fideliſſima in injectionibus. Denique 5. ſunt Eſcharotica.

§ CXXXIX. Si penetravit hoc malum in cavum inteſtini, & fecit, ut ſtercus per ſcrotum exiret, poſt-

quam per aliquod tempus duravit hoc malum, in panniculum tandem adipoſum in perinæum deſcendit, & lotium in pube & perinæo homo continuo reddit; contra quod malum nullum omnino remedium, dummodo tali victu, cibo, potu, prohibeas ulteriorem conſumptionem. Si autem dein liquidum flavum, ſpiſſum fit, ſignum eſt, quod Natura incipiat ſeparare hoc malum. Si fiſtula manet interius, ſalivatio nil juvat, ſed ſola apertura facta. Malum venereum enim ejus eſt naturæ, ut nulla ſanitas tantum præſidii habeat, quantum ullo remedio haberi poſſit. Alioquin Natura optima morborum medicatrix, qūia hæc ſibi interius magis conſcia, quam Medicus eam noſcat externè.

§ CXL. Sydenham dicit Mercurium ſingulari virtute non agere in illud venereum, ſed facit tantum ratione quadam mechanica, ut poſſit excerni, non aliter ac ſi ſpiculum intra digitum truditur, tum enim fit pus, quo ſpiculum excutitur, & tamen pus non agit in ſpiculum, ſed cum putrefiat, excidit, & à pure excutitur. Simulac virus venereum vel intra urethram vel vaginam muliebrem venit, nunquam facit illico reſtrictionem. Si vero poſt congreſſum cum muliere conqueritur de ſenſu quodam moleſto, & tum ſtatim fit injectio, ablutio, depuratio, nunquam laborabit Gonorrhœa.

§ CXLI. Ut ex loco illo, in quo hæret, pellatur per Vitriolum ſeu mercurialia, fit ſemper major ſuppuratio, inflammatio, nam verum eſt, quod audacter facta ſuppuratione fiat magnum bonum; ſi autem in virga manet malum, curatur erodendo: ſi omne illud, quod hærebat, excidit, ſanatus eſt morbus. Adhibeant macilentiſſimum victum, potum aquoſum, minime oleoſum, niſi oleum Ligni Guajaci, nulla Unguenta vel Emplaſtra applicentur, ſed aquoſa macilenta tantum retineantur. Corpora infarcienda itaque ſunt aquoſis, ut quaſi hydropicus fiat æger; balneum exterius applicatur, vel balneum vaporis; ut

ut omnia reddantur quaſi flacciſſima, poſtea vim Mercurii applico ad Salivationem, quomodo ut ſiat, in Lue Venerea dicitur. Homo obeſus, ſi laborat Lue Venerea, aquoſa aſſumat, merum ſceleton evadit: ſi tabum hæreat in oleo, fieri debet, ut idem non fiat tenax, ſed maneat flaccidum, diſſolutum. Salivationem actione & ope Mercurii fieri internoſcimus ex halitu fœtidiſſimo, oleum ſcilicet non manet balſamicum, ſed abit in putredinem. Si mercurius datur, antequam corpus interne vel externè ad expuitionem ſit diſpoſitum, ſalivatio non venit ad finem: omnia illa itaque antea ſunt adhibenda, quæ in Gonnorrhœa tertia præſcripſi. In initio omnia illa orificia anguſtarum ampullarum aperienda, ſi poſſint aperiri, curantur. Exemplum in quodam Generoſo, laborante hoc morbo, vidi, erat hoc malum in ſcroto, ſed cannulis immiſſis in membranam ſcroti aperiebatur ſcrotum, absque ſalivatione locis apertis & aëri expoſitis curatus fuit æger. Ergo difficile curatur ſine apertura.

§ CXLII. Hiſce jam abſolutis, ſupereſt, ut ſententiam quorundam Authorum in medium proferam, quid de hoc ſenſerint.

§ CXLIII. Brassavolus pro axiomate accepit; Gonorrhœam tantum proceare Gonorrhœam, quam ſententiam plurimi ſunt ſecuti; nam ſi quis dicit, corpus malo hoc affectum, quæcunque adſit cauſa, nunquam alia mala quam Gonorrhœam producet; quod tamen ubique verum non eſſe ſatis conſtat.

§ CXLIV. Alexander Petronius inquit, ſi Gonorrhœa eſt contumax, ſibi relinquenda, ſi Iſchuriam efficit, curanda. Si Gonorrhœa exiles partes exederit, remediis antivenereis non curabis. Si diatheſis ulceroſa occupat partes fungoſas, ſemper maligna ibi remanet conſtitutio, & hoc relinquendum Naturæ: hoc eſt veriſſimum, ut plurimis exemplis ſum expertus. In Britanno quodam omnia fere remedia in to-

ta Europa experta adhibui, materies virulenta tamen & flaveſcens remanebat. Alterum vidi, qui habebat excretiones penis in nocte, ſic ſe commiſit homini quodam imperito, qui eſcharoticis eum tractavit, & ſic reſtitutus videbatur, ſed cum poſtea iterum tentigine vexaretur, iterum aliquot guttæ hujus liquoris prodibant, ſed quod mirum cum tali fiſtula in concubitu prolem generavit ſine Lue Venerea.

§ CXLV. Hoc axioma Petronius pro veriſſimo habuit, nam tantum commiſit Naturæ, &, ut per balnea curarentur, Auctor exſtitit. Homines quoque cum tali materie laborantes liberos ab omni malo immunes procreavêre. Denique etiam pro axiomate veriſſimo haberi poteſt, quod nihil efficit tam citò quam virus venereum; etenim ſi quis Gonorrhoea laborans ſcortum adit, & poſt eadem mulier utitur altero, licet labem illa inde non contraxerat, tamen inquinabit hominem illum antea non affectum.

SYMPTOMATA QUÆDAM LONGE PEJORA QUAM GONORRHOEA IPSA.

DE PHIMOSI.

§ CXLVI.

PHimoſis dicitur illud vitium, quando glans adeo arcte obtegitur præputio, ut denudari nequeat, quod peſſimum curatu, ſæpe quoque funeſtum eventu. Judæi hoc malo non afficiuntur, nam hac parte alias præſtantiſſima & in ludis venereis delicatiſſima, ſunt orbati. φίμωσις latinè Fibulatio: notum eſt, quod veteres infibularint viros obductis & trajectis filis per præputium, & hac ratione infibulationes homines vocarunt, qua de re vide A. C. Celsum *de Medicina Lib.* VII. *cap.* XXV. Factum eſt inde, quod, cum tale malum incideret ex mala diatheſi præputii, Phimoſis dicta fuerit. Diſtinguitur in Phimoſin & Paraphimoſin, quæ diſtinctio obſcuritatem & ambiguitatem delebat. Phimoſis eſt, ut ſupra jam indicavi, quando præputium ſic intumeſcit, & coaleſcit, ut glandem tegat. Paraphimoſis autem, quando præputium inflammatur, & incurvatur, ità ut retro glandem cedat, eſt plerumque inflammatio in corona glandis. Utrumque malum eſt

eſt creberrimum, moleſtiſſimum, æqualia mala producit: quando talis morbus eſt, tunc nunquam membrana poſterior afficitur.

§ CXLVII. Præputium eſt tenuiſſima membrana, expanſilis, cuticula tenuiſſima, cryſtallina dicta, nunquam pingueſcens, niſi in Caſtratis; nihil enim aliud eſſe videtur, quàm textura Vaſorum venoſorum, lymphaticorum, nervoſorum intricatiſſima, tenuiſſima & laxiſſima, pendula & pellucida, ità ut, quoties malum hoc hic loci accedat, diſtentio hic fiat maxima, & dilaceratio ſumma, hinc binis malis obnoxia, inque cicatricem non bene curabilem abiens: nam Præputium inde maximè calet, inficitur, & tabo inficienti directè applicatur. Si in coitu Labiis & Vaginæ applicetur, tantum ad hæc loca aliquid venerei adfertur, vaſa dilatat, dilaceratque ſubtiliſſima, tum oriuntur in Epidermide puſtulæ ſubtiliſſimæ, quæ dein calloſæ fiunt in ſuperiori parte cutis: ſed introrſum fit diſtributio papillarum nervoſarum, ut Ruischius dicit, ergo hic oritur inflammatio, & pleræque GonorrhϾæ hærent in ſuperficie interna penis, ut credo, nam plurimos tractavi, qui hac parte carebant.

§ CXLVIII. Circulatio hic omnium lentiſſima, nam nullus adeſt hic muſculus; hinc ſi vaſa majora comprimantur, hic fit cumulatio ſanguinis: in reliquis etiam corporis partibus, ubi lenta circulatio, muſculos poſuit Creator, hic verò non, ergo ſtagnatio rubrarum particularum ſanguinis. Si nunc humor hic colligitur, oritur necroſis, id eſt mortificatio, imo & cancer, in hoc cavendum, ne per emollientia in ſuppurationem abeat. Durities enim hic nihil aliud eſt, quam liquor & aqua hic haerens, quare idiotæ alii credunt eſſe concreſcentiam vel calloſum corpus, ſed tantum fit à vaſis concretis, tandem in ſuppurationem & exulcerationem abit; ſi ergo pars illa ab humore acri vel ab alia cauſa tam interna quam externa conſtrin-

ſtringitur, reliquæ inflammatæ partes magis extenduntur: hinc cancer.

§ CXLIX. Si ex inflammatione parvum ulcuſculum exoritur, & premit vaſa, ſanguis venoſus non habet ullam viam refluendi; ſi relaxetur, oriuntur labia retorrida, quia extra eminent, hinc cancroſa ulcuſcula: tum glans quo magis tumet, eò magis orificia dilatat, ergo nulla ſanationis ſpes. Poroſa glandis fabrica epotat quaſi venam, & poſt pars preſſa abit in Gangrænam virulentam; ergo hæc pars glandis preſſa ità inficitur, ut quo plus glans intumeſcat, eò plus quoque præputium inflammetur, & viciſſim: hinc preſſio in hoc loco calido & aëri ità expoſito cauſat necroſin ſeu partium retortarum conſumptionem, quæ per totum vitæ decurſum triſtis eſt, ſed nonnunquam hic morbus ſummopere fallit Medicos.

§ CL. Notiſſimum eſt coronam glandis inter & præputium oleoſam, acrem, hanc colligi materiam, quæ in Africæ Regionibus abſcindendi præputii anſam dedit. Si nunc ex hoc loco tecto venenum exire nequit, lixivium fit erodens, & quo magis pendula membrana conſtricta eſt, eò magis oritur olida, putrida, cadaveroſa, purulenta materies, & poſt necroſis; unde Gangræna ſemper in glande hæret, vix unquam ad corpora cavernoſa Penis transfertur, hæc vaſa in glande Penis ſunt adeo imminuta, ut, ſi talis exeſio fiat, impoſſibile ſit, quin hæc tenerrima ſtamina erodantur, conſumantur; hinc plerumque erodendi eventus.

§ CLI. Inter ſuperficiem extimam Corporum Cavernoſorum penis & glandem membrana eſt expanſa intermedia, ſi nunc glans diſtenditur, ſola tantum membrana remanet intacta, reliqua recedunt. Hinc duplex malorum diſtinctio. 1. Si malum præputium glande obductum invadit, antedicta exinde oritur Phimoſis. 2. Si verò præputium nudatum & retractum, tum ponit ſe poſt coronam glan-

glandis, tumoresque facit, qui ad apicem usque glandem obvolvunt, oritur Paraphimoſis. Poſt arteria in cingulo præputii comprimitur, quo nunc plus incipit turgere ab intercepto venarum ſanguine, eò plus ſtringit Penem, & tum ſequitur inflammatio ſumma, & demum Gangræna. Si annulus nunc, qui totas anteriores penis partes comprimit, comprimat urethram, tum guttatim ſtillat urina: quis eſt, qui hoc non cogitet?

§ CLII. Ruischius demonſtravit, quod glans tumefacta diſtendat membranam ipſi adhærentem, quâ tegitur, ſi hæc excoriata & ablata fuerit, tum tota glans apparet hirſuta, & illi papilloſi prominentes flocculi emergunt, & liberi â coercente membrana in Phimoſi extenduntur, unde in verrucas venereas abeant, neceſſe eſt. Præterea idem quoque *Cl.* Fr. Ruischius demonſtravit, quod Glans membranam quæ arctiſſimè cum illa cohæreſcit, & qua tegitur amittat, hac ablatâ fiunt verrucæ, quæ ſunt ſemper morbi nervorum, & eæ, quæ ſic apparent, ſimiles ſunt aliis, maximè in pura Phimoſi, unde totus circulus ex meris verrucis vulgo Corona Hiſpanica dictu exoritur. Videtis ergo, quàm moleſta, longa, & periculoſa ſit Cura: nam acria ſic applicata vidi, quæ parti necroſin inducebant.

CURATIO.

§ CLIII. Medicus gnarus, ubi vocatur ad hoc malum caveat primò, ne materia ſtagnans corrumpatur quod facillime fit, ſi Medicus metu inflammationis & gangrænæ debiliſſima & emollientiſſima adhibeat & loca externa nimis laxet, remediaque frigidiſſima applicet. Notum enim eſt, quod hæc vaſcula in Præputio ſint tenerrima, atque eo in caſu extentiſſima, compreſſiſſima, & ſi applicentur emollientia tum omnia tumeſcunt, & in poſterum quaſi frigid

ca

cadunt. Quo tumor naturali nunc major, eò membranæ evadunt tenuiores; hinc pellicula nullius momenti ſuper hanc hæret, & hinc evenit, ut, ſi Medici poſtea in arte non bene verſati infarctam hanc videant partem, in alterum ſcopulum aliamque indicationem incidant; putant enim, eum tumorem in fluorem eſſe reducendum, quare applicant fortiora, irritantia, moventia, unde gangræna & eſchara nigra, inflammatoria.

§ CLIV. Ponamus ad curationem juvenile, plethoricum, corpus eſſe, in quo bilioſam & calidam detegimus temperiem, æſtum ſummum, tumorem ingentem, in illo rubedinem citò factam. Quæritur, quid ad hoc faciendum ſibi proponere debeat Medicus? Venæſectio larga in initio inſtituenda: nam ſi hæc non ſtatim ſit, per duos aut tres dies abrepta erit occaſio: ſi hoc factum Phimoſis evaneſcit, & duxit materiam in ſanguinem, ſed hoc non obſtante, debet unum ex duobus malis eligi. Jam vero illud venenum per cibos ex corpore expelli nequit, tum remedium nunquam eſſet fallax, ſed per purgantia Hydragoga certiſſimè curari poteſt, nec mercurio, balneis, ſuffumigiis opus erit. Detur ergo quotidie tale hydragogum purgans, hinc pingue ſeparatur à ſanguine, ne quid mali cauſari poſſit, & ſemper bene ſuccedat.

R. Rad. Jalapp. Dr. I.
Folior. Senn.
Scrophular. āā Dr. I. S.
Sal. Prunell. Dr. I.

Coquantur in aquæ Libr. S. ad remanentiam Unc. IV. adde

Mannæ Electæ Dr. II.

Hæc

Hæc dentur quotidie, donec partes relaxari videamus; quod plerumque quarto vel quinto die fieri obſervamus, interim tertio die depurari debet locus poſt coronam glandis cryptoſus externus; hoc fit ſequenti modo: fiant cannulæ curvae ex plumbo, quæ fiſtulis introducuntur, his applicatur ſipho, & ſic fit injectio. Hic aqua ſimplex pura pro injectione ſufficit duodecies per diem, donec interiora bene purgentur. Si autem putredinem video, tum huic aquæ paulum vini admiſceo; poſtea ubi purgari incipit, emollientiſſima ſunt injicienda, prius tamen ſemper fiat deterſio cum pauciſſimo ſale & aceto, dein glans in balneo continuò hæreat, lac autem repudiatur, quia caleſcit, & coaleſcit.

R. Flor. Althææ.
Folior.
& Radic. Ejusdem. Q. v
F. Decoctum cum Aq.

Hoc interdum injectum putredinem ſolvit. Si certi jam ſimus, locum bene depuratum eſſe, Mel decocto priori addimus, & poſtea ſemper emollientia applicamus, nam detergentia non multum ſunt applicanda. Si nimiam laxationem metuimus, optimum putredini reſiſtens eſt, niſi magna eſt, pauxillum Aceti cum Lythargirio. Poſt balneum & injectionem ſiccata pars inungitur ſequenti unguento:

R. Unguent. Nutriti.
Popul. ãã. Unc. 1.
Sacchar. Saturn. Dr. 1. S.
M.

Poſtquam partes bene depuratæ ſunt tum linteo excipiatur, & ponatur inter glandem & præputium; poſtea

poſtea Cataplasmata & Emplaſtra ſunt adhibenda, nam jam rem habemus cum parte immobili:

R. Florum
Folior.
Radic. Althææ Q. V.
Coque in lacte recent. & F. Cataplasma.

Addatur pauxillum Scordii, Marrubii, Rutæ, Olei Lini, & Salis Prunellæ, hoc eſt emollientiſſimum & ſimul putredini reſiſtens remedium, additur oleum Lini, ne cataplaſma exſiccetur; ſic homo in lecto jacens citò ſanatur, nam ſedere peſſimum: poſtquam pars laxata & inuncta eſt, Emplaſtrum applicetur.

R. Emplaſt. Diapompholigos.
de Mucilagin. ãã Unc. 1.
Sacch. Saturn. Dr. 1. S.
M.

Si nimius calor adeſt, augetur Saccharum Saturni, ſi autem frigeſcit, poteſt addi Emplaſtrum de Melilotо; poſt, ſic exſiccata parte, ſi titillationem ſupereſſe videtis, poteſt addi Empl.Diapomphol., de Melilot., vel de Galbano. Si verò teporem & lentorem in parte animadvertatis, & inflammatio non adſit, ſed metus, ne ſola pars abeat in putredinem, vel ſcirrhum, ubi in hoc caſu præputium reduci non poteſt, tunc conducunt ſuffimenta:

R. Maſtich.
Oliban.
Reſin. Guajac.
Sal. Armoniac ãã Dr. 1.

Hæc per infundibulum ſive ſuffumigabulum ad partem per opercula circumpoſita diriguntur, & ſic ro-

borantur, & non humectantur partes affectæ. Si per incitantia tractatur malum, miſerrimus ſæpe inde producitur eventus. Poſtquam deferbuit inflammatio, tumor & pars inflammata ſubſidet, craſſius adhuc quidem remanet, ad naturalem tamen æquabilitatem ferè accedens, ut per totam vitam ſine magno incommodo ferri poſſit. Nimis rarefacta vaſa in acmi Phimoſeos à materia acerrima & maxime mobili contrahenda dilatantur, & ſic collapſi liquores, tamen ſubinde venenati, incraſſantur, unde majus frigus; & hic ultimus hujus mali ſtatus. Cautis quibusdam hominibus difficulter perſuadere poſſumus, ut hic nil mali lateat, & hoc in caſu inveni, quod quotidiana fomenta ex maxime diſſolventibus neutiquam tamen ſuppurationem procreantibus adhibita ſummæ ſint utilitatis:

R. Aceti. Q. V.
Sal. Armoniac. Q. V.

Vapor enim talis aceti eſt optimum diſſolvens, leniter enim penetrat, diſſolvit, & in poros ſe inſinuat. Hippocrates in hypochondriacis, ſpleneticis, ſemper oxycratum commendat; nam tantum abeſt acetum coagulare, quin potius diſſolvat tam ſanguinem quam ſerum. Sal communis verò naturæ eſt convenientiſſimus, qui omnes humores condit, penetratque, præcipue ſi in vino ſolvatur, & ex his fiat fomentum, non eſt, ut inflammationem ex eo metuas. Germani ratione illa ſagaciſſimè carnes per integros annos ſervant vino Rhenano; quare etiam in putredine reſiſtenda ſummi uſus eſſe poteſt ſequens formula:

R. Vini Rhenan. Unc. S.
Aceti Stillatit. Unc. III.
Sal. Armoniac. Unc. S.
M.

In

ı hoc pannus madefactus parti affectæ applicetur, per hoc veſica ſuilla oleo prius bene fricata, ut ıollis evadat, & ſic per noctes relinquatur; hoc ſumıum eſt, quod didici, remedium. Interdum hoıinibus impoſſibile in publicum prodire propter appliıtionum incommoda, ergo ſuperimponatur Emplarum de Mucilaginibus ſuper alutam extenſum.

DE GLANDIS TUMORE.

§ CLV. Extra Epidermidem delata cutis creſcit ı verrucam. Hoc malum ſemper eſt in locis, ubi ıtis ſubjacet; cuti enim ſuperincumbit Epidermis. ub cute hæret tegmen Reticuli Malpighii, ſub hoc apillæ ſentientes nervoſæ, quæ in Malpighiano retiılo iſtis ſulcis ſunt inciſæ, rugæ etiam non ab Epiermide, ſed ab hoc nexo reticulo proveniunt. Malıghius demonſtravit, quod in illis ſulcis emineant er vallos undique tuto defenſae papillæ nervoſae, æ verò non ſunt nervi ipſi, alias in crines abirent, uod in Phyſiologicis explicatum eſt § 419: ſed ut ım bene concipiatis, explicabo: in una papilla hæıt exquiſitiſſima particula, quæ proprie eſt nervus ntiens, & illud ultimum theculam habet, quæ ıtrinſecus circulis vaſorum quaſi cingitur, & ſic in naquaque papilla eſt pars nervoſa pro parte miniıa, quæ pars minima intra thecam ponitur pulpoım, non tamen nervoſam, quæ in ſuperficie vaſa ſeroı habet.

§ CLVI. Malpighii corpus reticulare eſt æquabile, lanum, extenſum ſub Epidermide, ſolidiſſimum, artim conſtans planis, partim ſulcis, ubi fibræ planæ ɔncreverunt, ſed in planis hærent vaſcula, in ſulcis pailiæ, hinc ubi ſulci, ibi partes nervoſæ.

§ CLVII. In quibuſdam corporis humani locis ıtis deficit, ut in labiis, mammarum papillis, glanı penis, vagina muliebri, lingua, quæ tecta tanımmodo textura arterioſorum nervoſorumque vaſo-

 rum;

rum : ſi nunc ad eas partes nudas quædam perveneri causa externa his partibus adverſa, ut frigus, acri monia, illud ſubtile involucrum excoriatur, un de ferè incurabilis cancer, niſi abſcindantur totæ parte Ergo duplex locus eſt, ubi verrucæ oriri poſſunt nempe in dermate & epidermide. Si nunc hæ pa pillæ erectæ, quæ per S. S. S. ſibi incumbunt, excori tæ ſunt, orbatæ membranula, ſenſim dilatatæ, i ſe aſſurgunt in ſitum erectum, & ſic intra pauco dies fient excreſcentiæ. In reliquis locis, ubi eſt reticu lum Malpighii, hæ excreſcentiæ tam citò non fiunt niſi hæc membranula quoque ſit exeſa. Si verò ho procedit, tunc hæ Papillæ per laxatam epider midem ſerpunt, evadunt duriuſculæ, calloſæ, & ſicut Verrucæ, quod nemo hactenus deſcripſit.

§ CLVIII. Exemplum contigit Amſtelodami, ubi homo per totam faciem formiculis erat conſperſu & quaſi ſeminatus, multorum manus auxiliatrice in caſſum imploravit, donec hæ formicæ homini faciem adeo defoedarunt, ut celeberrimus ille Auſo niæ Pictor ſub angulo diaboli larvam terribilius de neare non poſſit. In hoc caſu nervus quidem ma net nervus, tegumentis tamen exuberatis ortum e horrendum illud ſpectaculum. Simile ſi vultis, trepa nationem in medium voco, ubi, dura & pia mate quam minimum læſa, cortex cerebri nullam inve niens reſiſtentiam extrorſum truditur, unde fungu per foramen oritur. In hoc caſu videtis, quo nihil faciat, niſi quod repagula coarctata prius jam aperta liberum dent naturæ exitum, ut vaſa ſe ex tendere poſſint.

§ CLIX. Omnis Verruca in initio vilipenditur, ſe ſi paulo major ſit, incipit dolere, caleſcere, ab in colorem purpureum & nigrum; hanc ſi tu pep leris ſeu urſeris, oritur hæmorrhagia, poſt eam can cer, quin perire poſſit æger, non negabitis, & gan græneſcunt, præcipuè ſi irritantur. Omnes eni

Ve

Verrucæ tandem concreſcunt, quia omnes illae Thecæ eſcharam pariunt, faciuntque dolorem ad partem, ubi humores effluunt, & inflammationem cauſant, ſemiputreſcunt, & tandem cancroſæ fiunt. Verrucæ ſunt in Lue Venerea in parte capſulari nervi ſentientis, non vero in nervo ipſo: hinc omnes Verrucæ, quæ, ubi cutis vel epidermis eſt, exiſtunt, ſunt raro malignæ, ſed, ubi tenue tantum involucrum, peſſimæ, ut in oculo, ubi tumor nervoſus plerumque in cancrum degeneraſcit. Quæ in Lue Venerea oriuntur, ſunt à Lue Venerea, (alias enim verruca ab alia oritur cauſa) maximè ad caput penis in viris ac in tota ſuperficie glandis, & in mulieribus in vagina.

§ CLX. Celeberrimus RUISCHIUS primò bene explicuit glandis fabricam. Glans, inquit, eſt ſtratorum immunerabilium nervorum congeries, & per ejus ſuperficiem innumeræ papillæ nervoſæ diſſeminantur, ſuntque hæ Papillæ, quæ voluptatem in coitu adferunt, dolorem autem intolerabilem ſcortatoribus, ubi ulceribus dictæ papillæ infeſtantur: præcipue autem inter Praeputium & glandem, atque ad coronam poſteriorem inveniuntur, ubi ſenſim. S. S. S. pyramidalium papillarum per membranam ſuam coarctarum aſſurgunt. Si jam Verrucæ in hac poſtica glandis parte videntur, ubi ex una ſtatim plures fiunt, & ubi papillarum ſeries numeroſior, quam in anteriori exiſtunt, quod periculum in mora, quouſque contrarium non ſenties, credo? In omni ergo puncto naſci verrucas affirmandum, & hinc infelix Medicorum Caterva, hic ſeminoſi & contagioſi aliquid haerere inconſulto & minimè vero ore blaterant. Hae verrucae, ſi ſe jam in longum latumque extendant, ulcere afficiantur; unde ſaepiſſime ita excreſcant, ut criſtas mentiantur, hinc amiſſo Verrucarum nomine *Criſtæ* vocantur *Gallinæ*, belgico idiomate *Chankers*: quas tantas excreviſſe vidi, ut prominerent

rent extra praeputii proram. Circiter ante 20 anno obſervavi tales in ipſo meatu urinario natas fuiſſe ubi aegri irritatiunculam parvam ſentiebant, & lotium non ſine moleſtia & incommodo expellere poterant Ipſe in hac antea non audita ſpecie perterritus omnium quotquot de hac ſcripſêre Auctorum ſcripta perluſtrans nil inveniens, & ſic conſilio, ut verum fatear, atque auxilio deſtitutus Turbith Minerale exhibui, divinum illud inventum, Verrucae etiam in magnum miſerorum ſolatium ſolvebantur, & cum lotio expellebantur, & tunicae; quæ tunc tanquam oſti cuſtodes ſe monſtrarunt.

CURATIO.

§ CLXI. Curatio requirit fortiſſima purgantia ſanguinem imprimis diſſolvens mercuriale. Vidi in experimentis iteratis genitas in meatu urinario verrucas, & dato uno alterove purgante eas fuiſſe expulſas, & novaculo quaſi abſciſſas: hinc rectè in talibus Curam exiſtere cenſeo, maxime ſi verrucae criſtatae evaſerunt, & in iis rarò per pulcherrima topica niſi per haec purgantia curabitis.

§ CLXII. Turbith, quantum videre licet, primum à Paracelso adhibitum fuit, & paratur ex Oleo Vitrioli, quod accurate ſolutum cum Mercurio abluitur in aqua, & ſic rite praeparatum Turbith Mercurii à IV. ad VIII. Grana adhibitum omne malum curat, eradicat.

§ CLXIII. Addamus vero potius totum Proceſſum CXCIX. ex Chemia deſumptum, ubi haec habentur

Turbith Mercurii.

APPARATUS.

1. Argenti vivi puriſſimi Unciis quatuor in urinali puriſſimo affunde olei Vitrioli optimi, & puriſſimi Uncias octo. Calefac leniter, & lente. Calefacta pone

pone ſupra prunas, ut ebulliat leniſſime materies, & fumet; a fumis ut caveatur, oportet ſub camino ſic diſponere, ut vapor dispergi nequeat, aut ad pulmonem pervinere. Incipiet Argentum Vivum, in olei Vitrioli fundo decurrens, ſolvi, perge eundem ignem ſuppeditando tamdiu, donec omnis Mercurius ſolutus ſit. Erit maſſa nivis inſtar candidae; hanc dein eodem igne continuato calcina ad ſiccitatem, ut non fumet amplius. Erit pulvis candidiſſimus, nivens prorſus, horrendus acer, & intractabilis, vocaturque Calx alba Mercurii oleo Virioli facta. Haec ita ſit; ſed vix modis vulgo deſcriptis.

2. Maſſam ſiccam, calidam, tere in mortario vitreo in pollinem ſubtiliſſimum. Tum praeſto ſit vas vitreum calida puriſſima plenum, ut ad minimum vigecuplum aquae ſit, reſpectu ponderis Mercurii. Injice in hoc calcem hanc. Ipſo illapſus puncto candidus pulvis, per aquam dilabens ad fundum, colorem gratum corticis Limonum acquirit. Tum concutiatur diu vas cum hiſce: ut accurate miſceatur aquae pulvis. Subſidat quiete. Effundatur liquor in aliud vas. Pulvis Citrineus in fundo affuſa calida abluatur, donec ſit inſipidiſſimus prorſus. Dein leni igne prorſus exſicca. Hic pulvis grate coloratus eſt Turbith Minerale quaeſitum.

3. Liquor primus ſtet aliquamdiu quietus. Coletur. Inſpiſſetur ad ſextas. Erit Mercurialis aqua: ſi enim pauxillum olei Tartari per deliquium inſtillatur, cadit pulvis praecipitatus rubellus. Servari liquor poterit titulo dicto.

USUS.

Sic acidum fortiſſimum Chalcanthi Mercurio unitum facit pulverem album, fixiſſimum, magnique valde ignis patientem: eſt enim longe fixior, quam quis ignarus crederet. Quam varii autem variorum acidorum, reſpectu coloris, eventus! Ne

ſummo igne color albus hic mutatur, ut cum ſpiritu Nitri fiebat tam facile. Pulvis quidem albus ille calcinatus eſt rodentiſſimus, venenatus inde. Quam ſingulare vero, ſolo aquae attactu colorem ociſſime novum oriri! Nam ſi pulvis ille albus, rite paratus, reponitur in aëre aperto, citrinescit brevi in ſuperficie attracta aqua de aëre. Hic pulvis videtur fuiſſe, quo rite uſurpato PARACELSUS miracula praeſtitit. Id ex libello ejus parvo Noſocomii patet. Id OPERINUS teſtatur ſatis, dum eum eo parando crebro incubuiſſe narrat. Spiritu Vini ſupperaccenſo mitificabat more antiquorum Chemicorum, qui hoc artificio ſales exteme haerentes, acres proinde nimis, auferebant de calcibus metallicis, ut modo reſtarent intime conjuncti. Prudens SYDENHAMUS, cautus Chemicorum & parcus laudator, hujus ope inexpugnabiles morbos tolli, gratus agnoſcit in tractatu de Lue Venerea. BOYLEUS narrat, paucula hujus pro Ptarmico uſurpati doſi, totum corpus mutatum, vere Cataractas diſſolutas. Foemina quondam Pariſiis declamatos ſanaſſe dicitur. Hinc duris nodis cuneus hic par eſt, ſed in manu prudentis; nec niſi quoties minoribus non cedit malum debellandum. In Hydrope non minus quam in Tabo Venereo prodeſt, & in morbis quoque glandularum obſtinatiſſimis. HELMONTIUS ait, oleum Vitrioli hic in Alumen verti ſolo attactu Mercurii: id vero eſt improprie loqui, aut minus ex vero. Quando autem Egregius vir dictat, ut ignis Vitrioli Veneris fundatur ſupra pulverem JOANNIS VIGONIS, atque inde deſtilletur, pro parando arcano purgante PARACELSI, certe ſi quid intelligo, tum idem hoc medicamentum fit. Si enim elementum ignis in Vitriolo Veneris eſt meraciſſimum oleum Vitrioli, tum ſimulac hoc affuſum præcipitato rubro, ſtatim reddit ſpiritum Nitri volatilem a Mercurio fixato, moxque ejus locum occupans facit calcem Mercurii ut ſupra. A qua deſtillans aqua albuminis ovorum aliquoties

ufert acidum externe adhærens, reddit pulverem landiorem, tamen bene operantem. Quo efficitur, quod raro præſtatur aliis. Si vero ignis illud elementum aliud quid ſit, ſubtiliusque, ignoro. Ex collatis HELMONTIANIS cum PARACELSO fere crederem uiſſe tantum quod dixi. Inquiretis aliquando. Metalla ſola parum in nos agunt, niſi mole, figura, pondere. Adjunctu ſalium maxime acidorum acquirunt poteſtates novas, ſæpe mirificas, valde varias, prout acida intime magis fixantur cum iis, aut magis extrinſecus adhaereſcunt. In forma Vitrioli agunt quam violentiſſime. Inde facta calcinatione calx ſenſim miteſcit. Diuturna, magna, calcinatione, ſenſim expulſis acidis, acerrima evadunt blanda; ut in ipſo Turbith fieri ſolet: tum blandior operatio, ſed & proportionaliter minus efficax; ſicque errant Chemici, & Medici, qui vero hoc Turbith mira experti, at violente agente, quæſiverunt mitificare illam virulentiam, quod facile fieri poteſt quidem, at falluntur, dum poſtea idem conantur efficere jam mitificato, quod acriore effecerant, Modi acrimoniam hebetandi fiunt acidi ablatione; per ablutionem cum aqua; per deſtillationem aquae ſimplicis ſæpe geminatam ſemper ad ſiccitatem usque; per incenſionem Alcoholis Vini a pulvere mitificando; per diſtillationem Alcoholis novi repetitam a metallo acido acri ad ſiccitatem usque: per contritum cum pluri materie metallica, ut in Mercurii Dulcis praeparatione; adjunctu Salium Alcalinorum abſorbentium in ſe acidum ex metallo acidis calcinato; contritu cum creta, lapide cancrorum, oſtracodermatis, ſimilibus acidorum veris ſpongiis; calcinatione diuturna, forti; fixatione ignis a levi gradu ſenſim majoris ad ſummum tandem vitro ferendum.

§ CLXIV. Quando SYDENHAM de exſtirpandis Venenis loquitur, malum à Turpetho candide aſſerit expelli; non miremini ergo, quod illud tantopere

commendo. Ablutus ſic debet eſſe pulvis cum aqua ut ultimo ſic abeat, ac ſi pura eſſet, & pulvis accipiat colorem citrineum. Poſtea vires hujus pulver. cum ſpiritu Vini ſunt mutandae: doſis à me Gr. IV ad VIII. exhibetur adſcendendo, licet COCKBURN in nonnullis individuis ad XV usque exhibeat. Melius eſt, ſi Chemiae gnarus ipſe pulverem praeparaveris.

R. Mercur. Præcipitat. Citrinei, *i. e.*
Turbith Mineral. Gr. III.
Pil. Cochiae Maj. SCR. I.
Extract. Cathol. Gr. X.
M. F. Pil. IX. pro Doſi.

Hoc medium aliquoties malum expulit, & eſt ſatis tutum; ſi vero homines in Cardialgiam incidunt, his danda Theriaca cum Oleo Amygd. dulc., nam, ad nervum perveniſſe malum, facile cognoſcitur, tum ocius ſuccurrendum. Singulis hebdomadibus hoc ſemel dare ſufficit, etiam bis aut ter dari poteſt. Poſt verrucae foveantur, labefactentur, laxentur, ut quam maximè à ſcirrhi natura recedant, & hoc fit balneis emollientiſſimis duplici de cauſa. 1. Quia alioquin facile exaſperantur in Cancrum. Et. 2. Ut vis ſanguinis circa papillas non faciat nimiam inflammationem.

R. Farin. Lini.
Lact. recent. Q. V.

Haec ambo ad cremorem coquantur, & ne acris fiat, unguenti Aurei vel Baſilici pauxillûm adde, & ſic pars ſolvitur.

§ CLXV. Poſtquam ſic corpus externè vel internè praeparatum eſt, tunc partes moderato eſcharotico tangendae. Ergo

R.

R. Vitriol. Cyprin. Dr. I.
Aq. Roſar. Unc. S.
F. Liquor.

Cum hoc tangantur partes ope penicilli non ad fundum. Vel

R. Alum. Dr. I.
Aq. Roſar. Dr. III.
M.

Vel harum formularum loco adhibeatur Lapis Infernalis in ſuperficie ſumma.

§ CLXVI. Summopere verò attendendum, ne adhibeantur eſcharotica, dum virus adhuc haeret in corpore: nam horrendi alias exiſtunt tumores, & inflammationes, ſed emolliendo prius partes per fortia mercurialia, dum eſchara facta intra paucas horas cadit, tum iterum fovendae, & denuo tangendae eſcharotico, & ſic melius procedet Cura. His ſic factis Emplaſtrum Diapompholigos imponatur, ut tegat, muniat, & paululum humectet, & ſic feliciter procedetis. Cavendum verò omnium maximè, ne cauſticis membrana celluloſa à RUISCHIO detecta exaſperetur, quae ſuper papillas in ſubtiliſſimum telum expanditur; nam haec ſi afficitur, oritur conſtrictio, inflammatio, pluraque alia malorum genera. Eadem eſt ratio, ſi verrucae apparent rubrae, & circa marginem aperiri incipiunt, vel quod pejus purpureae, vel quod peſſimum ſubnigrae, pungentes & inflammatæ, tum cavete eas attingere, nam hæmorrhagia ſequitur non compeſcenda. Veteres jam annotarunt, quod verruca degeneraſcens efficere poſſit hæmorrhagiam. Hanc enim partem ligare non poſſumus, ergo emolliendam eſſe affirmo. Verrucæ internæ eadem methodo foventur, emolliuntur illo liquore naturali, &, ſi illum magis movere vultis, adhibete:

R.

R. Herb. Mercurial.
Malvæ. Q. V.
Mellis albi Q. V.
Coque in Lacte. F. Injectio.

§ CLXVII. Summi in arte noſtra Autores Spiritum Nitri, Mercur. Præcipit., Trohiſc. de Minio Vigonis adhibuere, ſed credite, perficietis longè melius, ſi Anodinis leviſſimis Eſcharotica applicatis. Nota jam ex dictis fiſtulæ origo. Si quis Gonorrhœa pacata virulenta laboravit, & poſt curationem in parte anteriori ſub parte glandis, ubi frenulum eſt, oritur eſchara ſive ulcuſculum, omnem fabricam depaſcens, oritur foramen æquans caput aciculæ, ex quo ſtillat liquor acris & urina.

§ CLXVIII. Lacuna magna Gonorrhœæ Vulgaris ſedes, huic loco quam proxime corona extrorſum eſt poſita, jam maximi veneni vis in hanc partem agens os extremum in meatu urinæ claudit, materia verò in maxima noctis parte ante connivens oſtium procedit, ergo membranula illa craſſitiem unguis humani vix æquans ex antedictis cauſis eroditur circa anterius oſtium, ubi frenulum eſt, & ſic puſtula orta membranulam, quæ nullam ſubſtantiam fere habet, perforat, unde oritur calloſus margo, qui nunquam poſtea coäleſcit. Faſtu'à fit, ſi imprudentes Medicaſtri vel Veterinarii Hiſtriones tantum interna adhibent; ſimplici enim remedio interno hoc nunquam curatum eſſe ſcio: balnea vero quotidiana & injectiones frequentes ex ſupradictis ſimilibusve emollientibus parata proſunt.

§ CLXIX. Eroſio verò ſi jam facta eſt, tum methodo ſatis operoſa curatur. 1. Fiat valida venæſectio, ut inflammatio tollatur. 2. Purgantia adhibeantur antiphlogiſtica, ut diatheſis inflammationis auferatur. 3. Inſtituatur diæta tenuis. 4. Balneo quotidiano utatur. 5. Intra meatum urinarium mittatur can-

del-

dela cerea tantum ad anteriora, ne in fiſtulæ cavum veniat, tum foramen patet; poſt Lapis Infernalis in acutiſſimum raſus apicem oleo intinctus per foramen intromittitur, & tamdiu retinetur, donec numeraveritis ſex vel octo, tum margo exeſus eſt, & ſtylus removetur. Hoc ſi quis ſine candela auſus fuerit tentare, foramen ei non pateret, & apex ſtyli, qui jam totum foraminis marginem tangit, ſine candela peteret cavum urinæ, unde acerbiſſima mala. Jam ſunt labia cruda, & candela per horas relinquitur, donec nihil mali ſuſpicemur, extrahitur poſt 24 horas, vel ad eſcharam emolliendam Unguentum Baſilicum., vel Balſ. Arcei, vel recens Butyrum inſulſum, adhibeatur. Si coëunt margines, & dem Dominus Doctor laudibus ornatus erit, & haud exiguis ſtipatus aureis diſcedet.

DE TUMORE TESTIUM.

§ CLXX. Hoc malum, ſi exquiſitiſſimè examinatur, eſt tumor in toto corpore teſtis per totam ejus fabricam æquabiliter extenſus, neque ad tactum recedens, duritiem Scirrhi initio repræſentans, ſenſim tamen increſcens, ſic valde ſubito ad mirabilem molem perveniens. Moles illa dolorem magnum non facit, niſi moleſtum ponderis ſenſum. Si in vaginali tunica & à Venis ſpermaticis moles ſuſtinetur, tunc ſentiunt aliquem dolorem, quia in tunica vaginali Teſtis hæret, & quia Epididymis extenditur, moleſtiſſimum ſæpe dolorem facit ad inguina & os pubis protendentem, quia pondere teſtis funiculus vaſorum ſpermaticorum diſtenditur. Tumor etiam imprioritur epididymide, quia ejus vaſa ſunt laxiora facileque extenſilia. Vaſa varicoſa teſtis ſuper intumeſcere ſolent, & habena teſtis, quæ eſt vas adferens verſus veſiculas ſeminales, ſit longè major & craſſior, tandem ad ipſas Veſiculas Semi-

nales

nales tranſit, & penetrat. Ergo tantum eſt Epididymidis tumor, & aliquando tantum ibi ſiſtit; item etiam habenæ ſcirrhoſæ habentur, & ſic tumor ſolet venire in omnia vaſa.

§ CLXXI. Ex hac hiſtoria colligitur, quod omnia teſtis vaſa dilatentur, ſic neceſſario fit aggeſtio pluris materiæ, quam naturaliter erat; nam non aëre inflata ſunt, ſed tantum ſubſtantia corporea, & ſic egeritur minus, quam tempore Sanitatis. Hæc idea mali primum mihi apparuit, cum Studioſum curarem. Tumor oritur, ſi Vaſa Seminalia dilatentur: notiſſimum eſt, quod non in vaſis per exteriora Teſtis currentibus, ſed in internis Lacunis teſtium, & vaſis ejaculatoriis, hæreat; ergo nihil aliud eſt, quam impedimentum materiæ Teſtibus factæ, quæ ſe deberet evacuare.

§ CLXXII. Vaſa ſemen conficientia ſunt continuatæ arteriæ, quæ in venas ſibi reſpondentes deſinunt, ſed confectum ſemen oſculis patentibus evomunt in cavum teſtis. In brutis omnia in unum receptaculum colliguntur Epididymidis. In Apro mare teſtes per medium ſunt diviſi per diaphragma. Arteriæ autem ſunt in cellulas diſtinctæ, quæ deſinunt ad Epididymidem: quædam congeſtæ ſunt, & in unum vas abductorium abeunt.

§ CLXXIII. Si tumor ſic congeſtus, in Anatome invenitur, quod duplici de cauſa ſit fœcundus, Epididymis in vas abducens abit poſtea; ergo duplex iter, unum tempore orgasmi venerei, alterum ſeminis excreti & confecti. Si tumor oritur impediens hanc emiſſionem, alia vaſa arterioſa comprimit, tumere & inflammari facit. Sentiunt tum plerumque homines, primò quaſi ſibi deſilirent teſtes, tunc omnia vaſa circa teſtes poſita aneuriſmatica & varicoſa fiunt, cujus rei contrarium in aliis teſtium tumoribus fit, ut in Hydrocele. Si verò venereus tumor ſit, tum ſcaber, varicoſus, evadit, & tum tutò concludimus, quod

ıod malum ſuperius hæreat. Quæritur quid in hoc ſu faciendum ſit? Omnis tumor hoc facit, verum mnium maxime ſi Gonorrhœa conſtringatur; nam onorrhœa, ut prius dixi, eſt morbus Lacunarum, e omnes communicant inter ſe, & usque ad Proſta- m porriguntur. Si nunc contingat, ut materies genita trocedat, facile ad locum, qui urethræ proximus t, pervenire poteſt, nempe veſiculas ſeminales; & hic loci tumor â conſtrictione facile naſcitur, & La- næ ſunt ſedes hujus tumoris. Qamdiu adhuc ſemen ere fluit, nil mali timendum.

§ CLXXIV. Cauſæ ſunt. *Primo* Exercitatio nimia, ut quitatio. *Secundo* Methodus balſamica. Si Chirur- & Veterinarii utuntur Balſamo Copaivæ, de To- , Cantharidibus, fiunt vehementes agitationes mpore Gonorrhœæ, oriturque tumor teſtis, quem totà Praxi contigit una alterave vice videre. leum Terebinthinæ, Balſ. Copaivæ ab ejus- odi Medicaſtris exhibita fuiſſe obſervavi in eis, ıi meæ curæ ſe ſubjecere. Si juveni forti laboran- Gonorrhœa talia Balſamica dantur, tumorem teſ- um inde provenire ſemper obſervatum fuit. Olea illa ım Sulphure cocta, ut exinde Balſamum Sulphuris nficeretur, in pilulas redacta adhibent Agyrtæ, & pe per hæc fiunt felices, ſed relicta inflammatio- , unde poſtea locus clauditur, & relinquitur tumor.

§ CLXXV. Alius eſt tumor teſtium, quem mul- ties vidi, qui facile curatur, & præcipuè in Luis enereæ initio oritur. Accidit hic quacunque de- uſa, qui ſubito cum pondere magno, dolore, mag- is fit, per tres quatuorve immo per plures dies du- , & reſolutione facta ſponte ceſſat. Hic fit plerum- e primo pubertatis tempore, unde etiam fœminis currit ante tempora menſtruorum. Si in Pene oc- rrat, Lapide Cancrorum interpoſito & fomento cto cum Sapone Vneeto ſemper curatur; ſed ſi alii ıreticis & calefacientibus curare ſibi proponunt,

malig-

malignus evadit; teſtes ſimpliciter a Cremaſteribu
muſculis & Vaſis Seminalibus pendentes non facil
ſuppurantur, & ſic cura difficillima. Ut vero tolla
tur tumor, tuta methodo procedendum. Inſtituatu
ergo Venæſectio larga, ſi tumor non remittit, repe
tenda eſt.

§ CLXXVI. In Phimoſi, Tentigine, quoque tal
oritur tumor, ſed raró, ſi veró factus, purganti
ſatis fortia & antiphlogiſtica adhibeantur. Agaricus
Folia Sennæ, Tamarindi, Manna, vim habent ſol
vendi ſanguinem. Vidi ſæpe Mannam ad duas uncia
ſumptam inteſtinis vim intuliſſe, & Cremoris Tarta
unciam maculas creaſſe, neutiquam tamen inflamma
tionem; hæc formâ liquidâ ſumenda ſunt. Scro
phularia aquatica addatur, & Succus Graminis, qu
vim attenuandi ſanguinem habet. Hæc, ſi prudente
adhibeantur, ſunt reſolventia maxima, & poſt venæſe
ctionem ſemper una hora poſt alteram ſumat, done
diarrhœa superveniat: nam per plures dies deba
continuari.

CURATIO.

§ CLXXVII. Jam conſulamus remedia, quæ faciunt
ne papillacea nervoſa urethræ pars ſtimuletur, nam
purgantia valde ſtimulant ergo utatis Papaveris
emulctis ex Avena cruda cum Aqua ſimplici & Lapid
Prunellæ, ut & Emulſione Sem. Quatuor Frig. Major
maximum veró cohibens eſt vinum tepide fomenti loc
applicatum, Clyſmata, Balnea, quia teſtem quoqu
reſolvunt, nam inteſtini recti magna eſt propinquit
cum Veſiculis Seminalibus, ergo cum Teſtibus. Cly
mata ex ſimpliciAlthæa cum aqua pura decocta, addi
Melle, Syrupo Althææ, pauxillo Nitri; præterea,
cum Alcohole præparentur Fomenta, poſtea emo
lientia ad Pubem & ſcrotum applicantur, ut Catapla
ma de 4 farinis decantatiſſimum illud apud Chirurg
Antiquos Pariſinos remedium eſt. R. Farin. Fab

Unc.

Unc. xv. Coque cum Oxicrato & pauxillo Olei Lini, ſic fomentum præparatur, & additur Olibani & Salis Ammoniaci parum. Si ruditer tractetur hoc malum, non cedit, ſi verò moderata frictione circa Perinæum, Scrotum, & Teſtes utamini, promovebitis fluxum.

§ CLXXVIII. Alius morbus occurrit in rugoſa ſcroti parte, ubi orificii teſtium eſt clauſura, & tunc ſcrotum incipit tumere, & orificium clauditur, hinc nullum poſt clauſuram amplius remedium, quam amputatio. Sic Virum Clariſſimum hoc malo periiſſe vidi; nam facit hoc malum, ut vaſa arterioſa usque ad ortum ſuum ex Aorta intumeſcant aneurismatica, & Vaſa Seminalia ad lumbos usque excorientur. Prodeſt in initio Turbith Minerale cum prudentia ad Gr. VIII. Oritur primo die plerumque Diarrhœa, quæ poſtea tamen ſiſtitur.

§ CLXXIX. Vidimus jam in viris, quos à Venere patiantur morbos. Nunc perluſtremus illa vitia, quæ circa Mulierum genitalia ab hac Lue produci ſolent.

DE MORBIS, QUI IN PARTIBUS GENITALIBUS MULIERUM HÆRENT.

GONORRHOEÆ PRIMA SPECIES.

§ CLXXX.

SI homo infectus Lue Venerea utitur Sana Muliere, & materiam hucusque deſcriptam in Gonorrhœa virulenta una cum Semine Genitali in Sinum Mulieris projicit, tum Gonorrhœa ut viro ferè ſine ulla differentia naſci poteſt in fœmina. Triplex eſt liquor, qui à tali virò in fœmina participatur 1. Liquor Gonorrhœæ prius falſò pro Semine habitus. 2. Humor nativus urethræ & præputii glandis. 3. Semen de veſiculis ſeminalibus, vaſis adducentibus, proſtata.

§ CLXXXI. Gonorrhœa eſt fluor involuntarius liquidi ſordidi, virulenti, ab impuro coitu oriundus, ſive ablutio per copioſum laticem ſuſcitatum, non natura illius materiæ intus receptæ, quæ alias genuiſſet in corpore Luem Veneream.

§ CLXXXII. Si ille, qui Mulierem inficit, adeo infectus inveniatur, ut venenum in medullis usque hæreat, tunc non mirum, quin Semen infectum fuerit.

fuerit, ſed mulier non Gonorrhœa tantum, ſed ſubtiliori adhuc cauſa, laborabit, quamvis à tali recepta materia non tam magno infeſtetur malo ac Vir. Si verò ulcere in urethra Vir laborat, tum altera Gonorrhœa produci poteſt. Si verò Lue Venerea laborat, & ulcere caret, tum fœminæ potius Luem parat Veneream, quam Gonorrhœam; ſed ſi V retro laborat infecto, tum Gonorrhœam affert fœminæ.

§ CLXXXIII. Multæ Mulieres Gonorrhœa fœda per annos laboravêre, nunquam infectæ ſunt Lue Venerea, ſed in facie quidem & circa labia habent maculas, inficient eæ ſic alios, ſed ipſæ non peribunt. Si fœmina gravida infecta erit, & ſimul ſua menſtrua habuerit, non inficietur Lue Venerea, ſed alios plurimos tali inficiet, quibuſcum commercium venereum exercuit.

§ CLXXXIV. Ejectus humor partes attingit usque ad internum matricis os. Hoc uteri os non eſt continuatio cum vagina, habetque ſectionem ſeu rimam tranſverſam, ſed prominentia in vagina facit, hinc prima pars uteri in ſuperiori parte deſcribitur prominere, & ligamenta lata eſſe flaccida, quæ ambirent illud os, ſed nequaquam ita ſtricte, ut uteri orificium aperiri nequeat. Hæc enim ita amibunt os uteri, ut faciant Cryptam, ergo humor non tantum venit ad os, ſed propellitur intra uterum non aliter ac in viro, ubi humor & Lues non tantum pervenire poſſunt ad primam urethræ eminentiam prope glandem, ſed ad principium ejus prope veſicam penetrant. Ergo pars uteri anterior debuit eſſe flaccidiſſima, ut, dum imprægnantur, poſſit diſtendi & ampliari. Osculum uteri eſt primus locus poſt urethram apertus, hinc omnis humor in coitu ad primum locum determinatur, ſive os uteri aperiatur ſive non, verum facillimè quoque iterum decedet. Tota uterina cavitas eſt rugoſa, multisque ductibus exiguis

perforata, per quos coitus tempore præcipue ſmegma quoddam ſive materia pituitoſo-ſeroſa deſcendit.

§ CLXXXV. Omnis mulier, quæ concepit ſemen infectum, illud intra quadrantem horæ dimittet; & ſtragulis ſuppoſitis reddet: hinc omne, quod ibi depoſitum fuit, effluit, & non tranſit in cavum uteri, ſed, poſtquam concepit, maximam humorum partem demittit. In Equabus, Vaccis Damis, fœcundo commercio facto liquor ſemper redit. Hinc Harveius dicit, vaporem tantum eſſe illud, quod facit negotium ſeu commercium impraegnationis. Humor, & ille defluxus ad vaginæ rugas ſiſtitur; poſtea ad ultimum vaginæ os perveniens reſiſtentiam patitur majorem; qui locus eſt, ubi ſemper reſiſtentia fit major; nam hic loci craſceſcens Vaginæ ſubſtantia facit ibidem orificium ejus connivere, ſi extra vaginam fluxerit, tum alas expanſas incidit, ubi magis adhuc reſiſtentiam patitur, & in his binis locis tota tragædia perficitur. Vagina in æſtu venereo longè fortius humeſcit, quia ex ultimis arteriolis, emiſſariis lacunarum, liquor effluit non infectus.

§ CLXXXVI. Locus Vaginæ uteri proximus eſt penitus glaber, rugas nullas nullasque habet Lacunas, ſed poros minimos humidos, ut in lingua. Non invenitur quoque in Vagina rugoſum coagulum, niſi ad tertiam vaginæ partem deſcendens, ſed meatus ſunt lubrici, magis clauſi, hinc hic loci facillimus excuſſus & effluxus in hac inferiori parte, & rariſſime in ſuperiori parte invenitur.

§ CLXXXVII. Demonſtratum eſt, quod vaſa, quæ menſtrua ducunt, lubricentur eo tempore, quo menſtrua non fluunt. Si nunc vaſa ſunt aperta, ſanguis exit purus, & mulieres fluxum patiuntur menſtruum. ſi vero ſolummodo connivent, tunc menſtruus fluxus incipit fieri albus, ſpiſſus, ſi paulò magis arctantur, tum mucus ut narium ejicitur. Ergo hinc arteriarum perpetuum ſtillicidium. Cur autem fœminæ

minæ rarò inficiantur, ratio eſt, quia humor ille infectus ad primum locum perveniens ſtatim abluitur humoribus hicce perpetuo ſecretis.

§ CLXXXVIII. Vaginæ rugæ circulares a quibusdam habentur eminentiæ ſed non recte, quoniam utrinque a vaginæ lateribus certum quoddam intermedium intermittere ſolent, quæ nobis juga vocantur, ſed tali modo ut valvulæ in inteſtinis. Rugæ hæ ab interna tunica oriundæ ſunt papillæ nervoſæ ſentientes, quæ in jugis abſconduntur, hinc tota vaginæ pars rugoſa voluptatis inſtrumentum eſt. Vide DE GRAAF *pag.* 79. MORGAGNUM *in Adverſ. Anatom.* I. *pag.* 12. *& Adv. Anatom.* IV. *pag.* 45 item SANCTORINUM. Quando vagina deſinit in connivens anguſtum os, tunc patet in ſinum muliebrem os pudendorum, & quo ad rimam propius accedit, eo ſunt crebriora juga. Occurrit ibi immediate ſupra vaginæ orificium, & digito fere tranſverſo ſub Clitoride emiſſarium urethræ, ad quod veſica urinaria mulieris deſinat in collum, ubi ſphincter veſicæ eſt, tunc urethra ex collo naſcitur; hæc vulgò putatur rectè ſub Nymphis in foſſam patere, ſed tantum, ut DE GRAAF optimè demonſtravit digitale internodium, vel ad duos digitos fere tranſverſos diſtat â veſica, non verò deſinit in vaginæ cavitatem, ſed extra illam & oſtium vaginæ ultimum inter Nymphas, quarum productionibus labiorumque tegumentis optime munitur, cum eo oſtiolo parallelè decurrit antrorſum deorſum, ſub Clitoride aperitur, & alis cingitur, quæ connivens faciunt, ut apertura extra corpus pateat; nam Mulieres nunquam vaginam ſpurcant in mingendo. Hoc orificium corpore glanduloſo, quo ambitur mulieris urethra, eſt tam mirificè inſtructum, ut proſtatam dixerint Veteres, quod & DE GRAAF & MORGAGNUS affirmant. Hoc corpuſculum, ut jam dixi totam urethram ambit, & ſubſtantia fungoſa turgens libidinis æſtro viri genitale membrum arctius comprimit,

mit, quod humorem ſimilem proſtatæ fundit. Urethra in ſua ſuperficie interna, qua tranſit lotium tegitur tenui membrana, cujus ſtructura eſt poſi fere ut in viro, & hæc format canalem à collo veſicæ usque ad hoc foramen. Infra cavum hujus membranæ emiſſaria diſtinctis orificiis patent, quorum alia ſunt elliptica, ſemielliptica, circularia alia, per quæ liquor continuò ſtillat, & urethra humectatur non aliter ut in viro. Paries ejus interior inungatur ne rodatur ab urinæ acrimonia, neque per illam urinæ expreſſionem lædatur. Vid. MORGAGNI *Advers. Anatom.* IV. *pag.* 44.

§ CLXXXIX. Fungoſa in mulieribus ſubſtantia accreta urethræ ſimiles parat liquores ut in viro, et per canales ſuos demittit, ut mulieris pudendas delectabiliter in coitu lubricet, ſuaque acrimonia mulieres reddat ſalaciores. Vide DE GRAAF *pag.* 167.

§ CXC. Corpus glanduloſum, vel ut Veteres dixêre proſtata, eſt tuber quoddam ſatis notabili glanduloſæ apparentis fabricæ excreſcens ad hunc locum in tuberculum molle, cujus antrorſum urethræ cavitas prominet ſub Nymphis, ut prominentia hæc formet emiſſariûm extra corpus patens. Nympharûm verò functio eſt, ut juxta hoc tuberculum ſe claudant, partes internas tueantur, & in venereo actu voluptatem adferant. Vid. MORGAGNUS *Advers.* I. *pag.* 12. DE GRAAF *pag.* 34 & *L. C.*

§ CXCI. Humor glanduloſus ex Proſtata ut in viris abit, & in tuberculo, quod diſtinctum eſt ut in viris gignitur, itaque tota hæc fabrica docet fabricam proſtatæ. Hic eſt locus, ubi laſcivia venerea dimittitur cum reſolutione corporis ut in viris. Hic humor maxime pro ſemine mulierum à Veteribus fuit habitus. In illo loco apparent alæ, ſeu criſtæ mulieris, ſeu Nymphæ, vel prolabia, quæ corpora ſunt mirificae ſtructuræ, ut in corporibus fungoſis urethræ & Penis in viro. Haſce partes ſanguinei

guineis vaſis plenas, ut vult RUISCHIUS, & extra vaſa adhuc cellulis ſcatere, in quas ſe funderet ſanguis, inde tumere & relaxari poſſunt, quod certiſſimum eſt. MORGAGNUS in ſuperficie extima magna oſtia lacunarum deſcripſit, per quæ humor ſpiſſus, albus, ejicitur, ut in viris ſub Præputio.

§ CXCII. Jam Clitoris venit intelligenda, in ſuperiori pudendi muliebris ſita, utpote ſedes peſſima Luis Venereæ. Hoc corpus adeo refert Penem virilem, ut eo extra verſo virum intra ducto mulierem repræſentet. Magnitudo ejus uvulam relaxatam fere obtinet. Corpora habet duo fungoſa antecedentia, muſculos libidinoſos oppoſitos, arterias, venas, cellulas ſanguineas ſimillimas virorum, habetque ſuam figuram, glandem quamvis imperforatam, ſed cæco foramine inſtructam, refertque virilem quaſi glandem, præputio præditam, tenſionem, reſolutionem, ut penis virilis. Locatum hoc corpus ante orificium urethræ antrorſum longe ante tuberculum glanduloſum. Vide R. DE GRAAF *de Mulierum Organis pag.* 16 *& ſeqq.*

§ CXCIII. Si omnia mala prius deſcripta in animum revocantur, videbitis, quid hic contingere poſſit, maximè ſi papillæ ſordibus affectæ ſint, ut in priapo viri. Hodie certe ſcimus, quod omnis tentigo in viro fit à ſanguine arterioſo, & quod ſpiritus animales nil faciant, niſi quod muſculos impellant. In fœminis muſculus ſphincter vaginæ libidinoſus adeo arrigitur & conſtringitur, ut vix incidere poſſint mulieres. Si nunc ſtrictor vaginæ & alii muſculi libidinoſi quoque conſtringuntur, tunc comprimuntur venæ, & ſic hæ partes ita afficiuntur & tumeſcunt, ut in viris, vide SANCTORINUM, DOUGLASIUM *in Compendio Muſculorum & Anatomia Comparativa.* Videtis ergo ſanguinem arrectionis cauſam eſſe. Accidunt hic loci illa malorum genera, quæ hodiernus uſus nomine cancri vel ulcerum venereorum conſig-

navit. 1. In orificio Vaginæ tum ſuperiori, tum inferiori; nam hæc facile affici poſſunt, cum continuo liquor adſit. 2. In ſuperiori parte in illis rugis quam maxime oriri poſſunt ulcuſcula. 3. In inferiori parte ad Nymphas, nam hic locus aëri quam maxime expoſitus eſt. Hæc ulcuſcula ſeu Cancri ad nullum malorum genus referri permittunt, ſed diverſi aliquid continent, ut aliquando continget vobis videre.

§ CXCIV. Homo ſanus cum male affecta muliere commercium inſtituit, carebit quidem omni Lue Venerea, ſed poſt aliquot horas in exteriore parte in ſuperficie penis ſentit morſulum quaſi pulicis, dein cancrulus fit, ſed nondum eſt Lues Venerea. In fœmina humor flavus longe aliter exſtillat ac in Viro; hinc fœminæ ipſæ non credunt, dum talis humor flavus exſtillat, ſe habere Gonorrhœam, ſed putant hoc fieri a libidine, interim habent ulcuſcula minima, quæ ſunt peſſima.

§ CXCV. Cancer in omni vaginæ loco oritur, quemadmodum in glandis ſuperficie, præputii externa, & tota Penis cute in viris. Sic interiora humida quoque facile affici poſſunt. Ergo primus hic morbis in fæminis. Sed quia hic tranſudatio quaſi per infuſionem avellitur, & ad ſecundam partem, ubi ſunt eminentes papillæ, defertur, ergo ibi longè pejora pluraque oriuntur ulcuſcula cancroſa, omnium maxime verò ubi ſphincter veſicæ, in vagina ſtatim ſupra Nymphas, & ubi arctitas maxima eſt, & Lacunæ Morgagnianæ inveniuntur, oritur Cancri ſpecies, nam hic locus aëri quam maxime exponitur, & ſic ſe ad locum corpusque Clitoridis applicant.

§ CXCVI. Ratio horum cancrorum eſt, ſi homo ſanus cum infecta muliere coëat, accipit tunc in cute Penis ſtigma, quod ſit ulcuſculum, & poſtea in cancrum degeneraſcit. His ſic accidentibus oritur tumor, emiſſariique dilatatio, hinc ſubmucoſa,

ſa, ſuppurulenta materies ſecernitur, humor hic loci tranſudans naturaliter, ſi ſtagnet, mucum narium refert, ſi dilatantur oscula ſit ſtillicidium fluoris albi, & hinc ſenſim oritur diatheſis quaſi vergens in fonticulos. VERCELLONUS monet, proſtibula hunc humorem facile demittere, aliosque ſic inficere; ubi è contrario ſana mulier à tali infecto viro ſæpe tam peſſime laborat, ut moriatur.

§ CXCVII. Humor naturaliter in urethram diſtillans adeo exiguus eſt, ut non pateat, quia abſorbetur, ſed veneno venereo affectus ſentit ſpeciem quaſi gravedinis, oritur fluxus ingens & Gonorrhœa. In ſana muliere eæ partes liquidum non fundunt. Simulac verò Gonorrhœa oritur, omnia emiſſaria afficiuntur, abſcondunt humorem, & humor, qui abſtergere ſolebat, apparet multo copioſior, & tota Natura eò vergere debet, nam ubi dilatata ſunt vaſa, ibi major quoque humoris copia fluit. Hinc non mirum, ſemel nata diatheſi laxa, magis magisque augeri, unde perpetuum quaſi ſtillicidium oritur, quò verò citius ille fluxus oritur, materies alba & non flava, eo melius, ſed poſtea ſemper in pejus degeneraſcit. Hoc in Gonorrhœa hac ita obtinet, ubi, quò mitior hic fluxus proveniat, & citius ſuam tragædiam proferat, quo plus ad naturalem colorem accedat, qui eſt albus, eo melius.

DIAGNOSIS.

§ CXCVIII. Quæritur hac depoſita œtiologia, quomodo cognoſcatur materiem eſſe de natura mali venerei. Debeo hic prius monere fœminas laxas, frigidas, otioſas, aquoſa calida aſſumere conſuetas, ad partes inferiores habere diatheſin, ut pallidi pueri in ſtillicidio narium habent, quæ poſt evaneſcunt. Sic fœminæ mucoſas ſtrias horrendo ſpectaculo emittunt ex vagina absque ulla fere moleſtia, quæ partes

tes inferiores in membranis talem mucum fundunt, qui augetur ità, ut totaliter enervet fœminas, easque reddat ſteriles, ineptas ad excitandam venerem, qui verus character hujus mali.

§ CXCIX. Obſervavi in Illuſtri Fæmina invaluiſſe hoc malum adeo, ut magnam linteorum copiam macularet, vocatus examinavi hanc materiam exſiccatam, inſtar vitelli ovi flavam, anceps fateor hæſi, tamen antivenerea non adhibui, quia de ſanitate mariti & de vita conjugali moraliter certus eram. In hoc caſu exercitatiſſimus Practicus deceptus fuiſſet, & falli poteſt, tamen eam curavi ſine ullo medicamento antineyereo, ita ut pulcherrimos poſtea geſtaverit fætus. Ergo hic nullum virus venereum, ut multi forſan putaſſent, adfuit, ſed præternaturalis Rheumatiſmus poſt menſtrua factus, nam hic humor erat catarrhoſus.

§ CC. Quod Rheumatiſmus deſinat tempore menſtruorum, ut quidam ſcribunt, non eſt verum; nam hic humor non ex illis vaſis quæ ad menſtrua pertinent, effluit, ſed ex illa diatheſi catarrhoſa in vagina.

§ CCI. Si à novitate inſueti morbi & poſt congresſum ſubito ſe oſtenderit humor, tum, ſi à primo inchoamento craſceſcit, ſuſpicienda Gonorrhæa eſt, contra verò ubi lente & per annos procedit. Dignoſcitur quoque Gonorrhœa a fluore albo, quod mulieres in hoc conqueruntur de dolore e regione lumborum, in illa de acerbitate quadam circa muliebria; præterea inſpiciat Medicus partes genitales, quando inveniet, quando Gonorrhœa laborant, circa exitum meatus urinarii mucoſam quamdam viridemque materiam & plerumque exulcerationem.

§ CCII. A degeneratione in pejus hoc malum cognoſcitur, non vero ſi lente & poſt menſes hoc fit. Si enim ſubito poſt congreſſum degeneraſcit, confirmor à Lue Venerea eſſe hoc malum productum. Stranguria & dolor in reddendo lotio hic non adeſt,

ut

ut in viris, quia tuberculum ad exitum meatus urinoſi poſitum iſtud perhibet, unde & maxime fallitur.

§ CCIII. Signum diagnoſticum non eſt color materiæ ſanioſus ſed viridis, ut in Lue Venerea, imò pejori adhuc tinctus colore. Copia ſæpe immanis. Odor urinæ, ut Vir quidam Clarus ſcripſit, hic non adeſt.

PROGNOSIS.

§ CCIV. Fiſtulis, ulceribus, & verrucis generandis hic locus aptiſſimus eſt. Si verrucæ ſolutæ ſunt, papillæ ſcirrheſcunt & excreſcunt in mulieribus circa juga papilloſa vaginæ. Verum omnes Lacunæ ex ampullis rotundis in emiſſaria arctiora abeunt, ut ex materia ſpiſceſcente fiat ateroma, ſi nimis longe malum effectus ſuos prodit, non ſolum Nympharum pars ſpongioſa afficitur, ſed toti corpori ſe inſinuat.

CURATIO.

§ CCV. Abſtinentia Concubitus ante omnia inculcanda, hanc enim ſi neglexeritis, cura veſtra erit inanis. Hoc impetrato interius inſtituitur Curatio, ubi in viris per Hydragoga prudententer Mercurialibus miſta perficiebatur, donec ſoluta ſit materia, & vi purgantium expellatur, quod propter amplitudinem in fæminis facile fit, injiciantur per ſyphonem, vel fomenta per ſpongia inſtar peſſariorum includantur, vaginæque committantur, ut detergeatur hoc malum,

R. Comar. Abſinth. Pontici. Unc. I.
Scordii Unc. S.
F. Decoct. ad Lib. III.
Adde Sapon. Venet. Dr. II.
F. Colatura.

Exer-

Exercitatio corporis hic maxime prodeſt, nam, quæ otioſam vitamque degit ſedentariam, curari non poteſt. Tum aquoſa, Mel Roſar. cum pauca Aloë adhiberi poſſunt.

GONORRHOEA SECUNDA FOEMINARUM.

§ CCVI. Ad finem conniventium alarum vaginæ ſuperius ad os pubis prominet ſemper ſatis notabilis tuber, in cujus centro apertura urethræ ſerpit, hoc corpuſculum cum urethræ cavo haud participat, ſed conſtrictionem ſubglanduloſam habet ad finem urethræ, & emiſſaria in ſuperficie hujus tuberis patent. Si nunc acciderit Labem veneream hunc locum forte occupaſſe, tunc talis oritur diatheſis, qualis in Lacunis deſcripta eſt. Prominet hæc pars, tenditur, dolet, & ſolet materia magis virideſcens demitti, ut putares materiam virulentam à Viro dejectam eſſe. Si Mulier locum linteis premat, tunc exprimendo eum mundat. Urethra in fœminis in fine anguſtior ſuperne dilatata, ut dimidiam longitudinem de collo veſicæ emerſerit, perpendiculariter ſurſum ſive incurvo ductu paululum ad ſuperiora vergens angulum faciens inter Nymphas infra Clitoridem definit, in reddendo lotio provida Natura cavit, ut extrorſum pellatur urina. Vide SANCTORINI *Obſerv. Anatom. Tab.* II. *Fig.* II. Muſculus, qui ambit corpus veſicæ, ejusque collum, & urethram, deorſum ducitur extra corpus, ſi ille jam agit, ſic determinat tempore inflatus, ut tentigine laboret, ûnde ſemper hæc pars extrorſum patet, quod antea Anatomiæ ignarûs non intellexi.

DIAGNOSIS.

§ CCVII. Si hoc malum creſcit, oritur tumor ulceroſus, qui interdum ad magnitudinem parvi ovi colum-

columbini extinditur, ut Apoſtema eſſe crederes. Hæc Gonorrhœa plane eſt ut in Viris. Illa ulcera, quae ſub clitoride oriuntur circa foramen urinae, ſemper manent, materia defluit, ſed extra corpus, quod in priori non fiebat, tumor praeternaturalis in hac parte, incommodiſſima ſtrictura, vix dolet urina emiſſa, ſed in expulſione urinae dolet propter tenſionem muſculorum, & omnium maxime ſi ultima gutta ejiciatur, tunc maximus dolor, & hoc certum ſignum Pathognomonicum. Symptoma peſſimum, eſt, quod, quando Mulieres lotium reddunt, urethram adeo tumore compreſſam deprehendant, ut urina intercipiatur; nam emiſſarium quo plus intumeſcit, eò plus coarctatur, hoc in Praxi videbitis. Haec Iſchuria oritur à compreſſione, & VERCELLONUS dicit hoc frequens apud ſe eſſe, Mulierem laborant in Gonorrhœa virulenta in fungoſa colli veſicae ſubſtantia accipere cavernoſa ulcera, quae cum labiis poſtea connectuntur, unde in illis locis ſimilis oriatur tragaedia, & ſic usque ad os pubis intra ſurſum adſcendet. Hic non adeſt ardor urinae, niſi locus ſit plane ulceroſus, ſed ſemper tentigo muſculi magni urethrae ductoris extra corpus, ubi eſt orificium tuberculi prominentis urethrae, ibi folliculi plurimi & emiſſaria ſunt liquorem naturali antecedentem emittentia. Tuber ſurſum adſcendit, ideo propago eſt ſuſcepti mali, & ſe juxta ûrethram diſpergere poteſt. Hoc malum ſingulare genus eſſe videtur, quod VERCELLONUS de malo venereo obſervavit, quod ab ipſa eminentia pubis ſûperioris, ubi mollis pinguedo aſſurgit, exulcerationes fiant ad anteriora vaginae. Ardor urinae non ſentitur, verum rigiditas intolerabilis.

Muſculus urethrae depreſſor a SANCTORINO *in Obſerv. Anatom. Cap.* XI. § IV. deſcriptus ſupra urethram ponitur, & ſupra illam fertur: ſi ultimae guttae urinae ſunt emittendae, ubi ſuccumbit parti fungoſae, tentigine afficitur. Hinc in Praxi videbitis, ubi coque-

runtur aliquid matrice exire, quod Diagnoſis preſſione facienda ſit.

PROGNOSIS.

§ CCVIII. Primò eſt metuendum, ne virus venereum per fungoſam fabricam communicantem cum celluloſa verſus Montem Veneris ſe diffundat, quod ſi fecerit, ubi longè craſſior pinguedo eſt, ulcera concepta difficillime curari poſſint, quia ſub dura cute haerent. 2. Metuitur, ne malo nimis acri per ſinuoſa latera urgente à diuturnâ urinâ erodatur urethra. Unde accidit, ut per ſuperiora & exteriora loca vulvae exeat. Videatur VERCELLONI Cura *in Hiſtoria Sanationis Gonorrhœæ.*

DIÆTA ET CURATIO.

§ CCIX. Abſtineant ab omni acri, alioquin perpetua fiet tentigo, quae in hoc affectu maxime dammoſa; locus enim affectus, ubi funditur ſanguis, cum dolore tenditur, hinc triſtia mala. Protuberans hoc corpus, ſi acribus tentatur, urethrae canalem reddit anguſtum, ut urina intercipiatur. Vitentur Mercurialia, quae in Gonorrhœa prima non tam metuenda, ſed hic conveniunt potius emollientiſſima, ut Serum Lactis cum Seminibus Papav. Albi, Lini, Avenae, Lac cum Biſmalva vel Malva decoctum, quae proſunt Naturae, ut ſe ſponte liberet. Emollientia hinc dilatantia, naturaliter ſtimulantia, in medium vocanda. Hinc juvat Naturam ſtimulare extrorſum, ut, qua via receptum erat, iterum redeat. Si alia accedant mala, tum Vitriolica, quae jam in Viris commendavi, adhibenda, vel ſumatur Lapis Alchymiae, cujus deſcriptionim vide in Chemia Amſtelomenſi, qui leviſſimam ſpeciem Eſcharae facit. Si itaque nimis flaccidae ſunt partes hoc lapide tutò utimur. In interceptione urinae Venaeſectio pro-

prodeſt, nam fluxiones materiæ ruentis ad locum inflammatum ſæpe augentur, tum poſt venæſectionem Anodyna adhibenda, V. Gr. R. Fol. Papav. Hort. Recent. Coque cum Lacte, adde Sacch. Saturn., ut putredini reſiſtat. Vel

R. Fol. Hyoſcyām.
Malv.
Verbaſc. āā Unc. S.
Sem. Lini Dr. 1. S.
F. ex Lacte decoct. Fomentum.
quod adhuc melius.

Cavernoſus locus debet depurari, quod fit per hæc emollientia, & ultimo, ſi dolor adſit, Sapo Venetus & Mel Roſarum addantur. Interior cura in ultima Gonorrhœâ Viri dictâ adhibenda cum hac regulâ, quod Mulieres quædam vix ferre poſſint Purgantia, quia valde laxæ, ergo cadunt in animi deliquium; hinc reſpectus habetur ad ſexum, & eligite alia, quæ minus movent, ut Mannam, Pulpam Caſſiæ, Rheum. Hydragoga verò fortiora ob ſupra dicta non adeo ſecure & tuto ſunt adhibenda.

GONORRHOEA TERTIA.

§ CCX. Urethra in muliere valde craſſâ membranâ obducta, ſubtili verò membranâ, quæ fungoſum corpus circumambit, ut in viro: hæ membranæ vero non continent in ſe illam ſubſtantiam, in quam ſanguis funditur, ſed ſanguinis receptacula ſunt tantum Cellulæ & Cryptæ. Hæc pars, quæ facit craſſitiem urethræ, dat emiſſaria, quæ tranſeunt usque in urethræ cavitatem, ut in viro: nam ſi prematur, materies vermiculares ſubalbida exſudat. Si nunc malum in Viro ſubtili ſuo habitu à glande usque in collum veſicae penetrare potuit, quid fiet in-

faci-

faemina, ubi locus amplus. Ubi nunc intravit corpus ſanguis labe inquinatus nulla reſiſtentia, tum Gonorrhœa virulenta & tumor oritur, ſummaque moleſtia ab anguſtatione viæ, ardorem tamen non ſentiunt, ſed, ſi ex emiſſariis prodit, exulcerat, & fit ardor in Gonorrhœa. VERCELLONUS hinc jure dicit, eſſe ſolam Gonorrhœam Virulentam, quando ardor adeſt. Hoc magis intra cryptas exulcerat, & quia hæ cryptæ inter ſe communicant, facile exulcerantur, in viro nunquam pervenit ad ſubſtantiam cellulοſam. De canaliculis urerhræ muliebris videatur MORGAGNUS. *Adverſ.* IV. *pag.* 44.

PROGNOSIS.

§ CCXI. Eſt ulterior eroſio, interceptio urinæ, & fœda ſpurcities emiſſa ſine ſenſu.

CURATIO.

§ CCXII. Cura eo dirigenda eſt, ut partes emolliantur, ſummopore laxentur, dolores ſopiantur: hinc repetantur, quae dicta ſunt. Si apparet multum purulentae materiae, tum

R. Sem. Lini Q. V.
Aq. Plantag.
Vel Ser. Lact. Q. V.
F. Emulſio.

& emittatur in Urethram muliebrem, quod breviorem ſanationis viam praebet. Praecipue reddatur urina tam parum ſalinoſa, quàm fieri poteſt; bibat ergo multum Seri Lactis cum docoсto Malvæ.

GONORRHOEA QUARTA.

§ CCXIII. Hæc omnium peſſima. CASPAR BAR-

THO-

OLINUS in eleganti Tractatu *de Ovariis Mulierum* notavit, quod ſub labiis ſinus muliebris utrimque latus ad partem infimam, ubi frænum labiorum ve vaginæ, ſub Epidermide, ſub membrana pinguedinoſa, ſub muſculo ſphinctere, ſub membrana cellulofa ponatur Glandula ſatis magna piſum quans, & ſemper hic præſens, quarum unaquæque infimam partem poſita emiſſarium habet ſtabile, od ſupra alas diſtinctiſſimè ſub ore Vaginæ finire gatur evacuando humorem magna copia notabim. BARTHOLINUS conſiderans magnitudinem & bricam vocavit *Proſtatam Mulierum*: Ego vero bulſum corpus appello. Haec Glandula ex bulboſis componitur, & MORGAGNUS *Adverſ. Anat.* I. *pag.* 42. eprehendit eas tam magnas, ut potuerit eas ſeparatim hibere in *Tabula*, 3. *Lit. H.* ubi eas depinxit. Ponuntur ib ſphinctere veſicæ, ubi neceſſario premuntur juxta epreſſiones Urethræ, & ſic in tentigine, ubi ſphincter mnium maxime agit, hæ comprimuntur, quo facto, quor exſudat, emiſſaria glandularum ſub Vaginæ ore ærent, quia nulla alia Lacuna eſt, quam hoc emiſſaum, hinc oritur illud malum in perinæo.

§ CCXIV. Quando Natura fœminam formabat, on ſolum effect, ut ſemen exciperet, ſed ut fœtum erere poſſet, & luci reddere. Ergo inſculpſit, ut mplitudo foret tam capax, ut infans exiret: & ctum quoque eſt, ut alias tegeretur, ne aſper locus in totum eſſet, viriſque ingratus.

§ CCXV. Vaginæ, quæ in Virginibus præſertim unioribus omnium eſt arctiſſima, interna tunica duplicata, ut in valvulis obſervatur, nonnihil circumcirca sſurgit ſpecie annuli, facitque membranam illam HYMENEM dictam, qua de re tot lites & controverſiæ pud Authores exſtant, vide *Clariſſ.* MORGAGNUM *Adv. Anat.* I. *pag.* 39, 40., *&* *Adverſ.* IV. *pag.* 3, 44. Ubi nunc virgines cum impuro viro oëunt, & hæ partes adeo dilatantur, ut dilace-

ſentur, quod ſæpe fieri jam dudum obſervatum eſt & pro ſigno Virginitatis haberi ſolet, tum virus venereum huic parti dilaceratæ communicatur. Si hoc factum eſt, oritur Gonorrhœa cum tumoribus & apoſtematibus. Hæc Gonorrhœæ ſpecies, quæ veriſſime in corpore fœmineo obtinet, ab omnibus Authoribus prætervila, cum tamen crebra ſit ejus origo, mala, quæ oriuntur, ſenſibus ſunt manifeſta, cui verò cauſæ phyſicæ dedit ortum, non tam clare cognitum fuit.

§ CCXVI. Glandulas à BARTHOLINO non in ſua Anatome ſed in tractatu *de fœminarum ovis* deſcriptas figuris illustravit; verum locum genuinum unicus ſcriptor SANCTORINUS in ſuis iconibus ſiniſtra licet arte confectis rite exhibuit. *Tab.* 2. *Fig.* 2.

§ CCXVII. Glandulæ hæ ſub muſculis libidinoſis mulierum ponuntur: jam maxime credibile eſſe videtur, in libidine ſumma hi muſculi ſi agunt, quod Glandulæ preſſæ mucum exſtillent. Hæ glandulæ BARTHOLINO Proſtatæ audiunt, vel glandulæ infimæ pudendæ muliebris. Emiſſaria majora intra vaginam muliebrem ſic locata ſunt, ut ſuum humorem ad latera oris vaginæ fundant.

§ CCXVIII. Os uteri ſemper clauſum eſt, & vagina circa Os uteri eſt laxiſſima, deſcendendo collabitur, & nil acre in ſe continet, ubi deſinit in foramen, corrugatur, quod vocatur os vaginæ inferius, cui rima ſubjacet, ubi glandulæ humorem ſuum deponunt, quo vagina oblinitur, & efficit, ne ab aëre externo lædatur.

§ CCXIX. Si tabes venerea, qualem deſcripſi ſuperius, ex membro virili ad locum vaginæ, ubi aër externus accedere poteſt, effluit, tum hæc emiſſaria, quæ hic ſunt majora quam alibi, poſt exploſionem liquoris in tentigine in vacuas cellulas patent in unum emiſſarium, unde miasma in hæc loca vacua fertur. Hoc miasma hujus eſt naturæ, ut primo

no præter urinam nihil afficiat, qui tamen ſenſus ſt moleſtiſſimus, poſt aſſurgit tumor, accedit levis nflammatio, quæ cum augmento humoris quoque ugetur; hinc mulieribus his oritur tumor in inguinibus non ad glandulas ſed ad latera, ubi interfaemineum faeminarum eſt. Putantur à quibusdam hi tumores hære- e ad glandulas, bubonumque ſpecies eſſe, ſed nihil minus, nam proſtatarum bubones eſſe experientia me docuit. Si nunc humor magis magisque & tumores hi accumulantur, ulcera poſtea oriuntur, & ſi umores poſtea in ſuppurationem abeant, dolor aſſiduo creſcit & tumor. Si pus jam acceſſerit, procedens ab hoc tumor promovet deſtillationem puris ex acunis. Tabes ſic effuſa in panniculum adipoſum ſerpit, qui vaginali muſculo accumbit, & ſemel expulſa tabes in inteſtinum rectum pinguedine lubricum repit, tum muſculi inflammantur, & verſus hæc loca lubrica oriuntur horrenda fiſtuloſa & ſinuoſa ulcera vergentia in inteſtinum rectum. Vercellonus bene obſervat *pag.* 28. hoc malum in Proſtibulis ſæpe contingere, quæ pro ſua libidine hoc malum petunt, quare dein concubant cum viris, eosque omnes inficiunt. De Vagina verò eroſa, ut ipſe putat, abſonum. Moneo Vos, ut reſpiciatis ad initium, & extrorſum eliciatis malum.

DIAGNOSIS.

§ CCXX. Si poſt congreſſum fæminæ queritent de moleſtiſſimo & aſſiduo ſtillicidio è corpore excunte, tunc pro mali hujus ſigno habetis veriſſimo Vobis Author ſum; nam alia ſtillicidia ad ſinus majores adeo terribilia non occurrunt.

§ CCXXI. Materies Gonorrhœæ varia, quæ linteo excepta examinari poteſt. Si nunc queruntur ſimul, quod ad perinæum ſecreta & aperta ſint loca, pruritusdoloresque ad preſſionem hujus loci, cum ſe-

dere velint, quoque tum certum ſignum erit. Si rogantur, ut eas partes velint premere, & tunc multum tabis exeat, de malo certi eſtote.

PROGNOSIS.

§ CCXXII. Difficultas in eo tota verſatur, quod in omnibus accurata Phlegmonis ſedes ſit membrana celluloſa, ſub qua ponuntur glandulæ, jam materies ſemel facta per hanc ſerpit, aliasque partes inficit, ſi tum materiam elicere vultis, neceſſe eſt, ut ſupra muſculos vaginales medicaminibus aſcendatis, hoc autem ſi fieri nequeat, in caſſum cura eſt.

CURATIO.

§ CCXXIII. Membrana celluloſa nunquam curatur niſi in pus redacta tota exſtirpetur liquidis erodentibus, & ſic in apoſtema formare, rumpere, tandemque curare. Salivatio & Catharctica fruſtra in hoc malo adhibentur, hinc, quod ſupereſt, locus externus debet evacuari, quantum poſſibile, ſæpe molliſſimè premantur loca, ut materia extrorſum pellatur.

§ CCXXIV. Extrinſecus in initio omnium optima ſunt medicamina emollientiſſima, ut extrorſum trahatur, pellaturque malum, ut Farina Secalis, Lini, Avenæ, Ficuum Pinguium Pulpæ, concuſſione facta, cum copia juſta Lactis imponatur, dein Animantia, poſt Gummi Sagapenum in Vitello Ovi ſolutum, ad finem Oleum Lini recens preſſum, noctes, diesque applicari debent. Allicienda ſic materia extrorſum in tumorem, qui tumor ruber eſt mollis non aperiendus, ſed tamdiu clauſus reliquendus donec ſponte fluere incipiat, tum pertundatur locus ad fundum mali, & plumaceolis per aliquot dies locus teneatur apertus, ut tenerrima vaſcula ab arteriis agitata despumarent id, quod adeſt. Ergo ponatur ſicca plumma-

maceola intincta Balſamo Arcei, ſeparatur iterum quotidie, & ſic ulcus profundum facere poteſtis. Si nunc depuratio incipit, tunc ſenſim claudatur vulnus. Vidi ſic peſſima mala curata fuiſſe, ſed vidi in aliis, omnibus adhibitis antedictis, tamen fiſtulas ortas fuiſſe. Ideo dixi, adhibeantur in initio.

§ CCXXV. Jam explicui Gonorrhœam omnis generis. Supereſt tamen, ut de Teſtibus Mulieris, Tubis Fallopianis, Uteri Cavo & Superficie Matris dicam, & quibus malis hæ partes afficiuntur. Non debemus fingere in Medicina, ſed invenire. Ergo probandum an intra uterum Gonorrhœæ ſedes inventa ſit, ut alii ſtatuunt.

DE GONORRHOEA UTERI ALIARUMQUE PARTIUM.

§ CCXXVI. Recens inventum in Proſtibulis ſpurcis diſſectis, quod cervix uteri naturaliter teneat in ſe multa corpuſcula rotunda, ampulloſa, quæ Cl. Martinus Naboth credidit novum ſibi inventum, unicum forte vel tertium eſſe Ovarium, quod tamen egregie Dexterrimus & ſummus Anatomicus Fr. Ruischius *in Adverſ. Anat. Dec.* I. *N.* II. deſtruxit, putatque Hydatides a Cl. Nabotho fuiſſe viſas; cæterum cum Eruditiſſimo Morgagnio convenit, qui *in Adverſ. Anat.* I. *pag.* 47, 48. *&* *Adverſ. Anat.* IV. *pag.* 69-71. has veſiculas accurate deſcripſit, *Tab.* III. *Litt. L. L. Adv. Anat.* I. depinxit, dixitque, quod intimæ cervicis tunicæ ſint intertextæ, & hic illic nullo certo ordine aut ſparſæ aut congeſtæ videntur. Hæ veſiculæ lentum viſcidumque humorem ſeu potius mucum ſecernunt, in ultimis menſibus perpetuo emungunt uterum, expulſo foetu evaneſcunt, in virginibus valde parvæ deprehenduntur Mulier in partu mortua diſſecta viſa eſt his ampullis carere, quod procul dubio per defectum humoris in

illis contenti, & has partes lubricantis, mortis cauſa fuit, licet infans ad partem & cætera bene diſpoſita eſſent. Hæ ampullæ, ut certus ſcio, examinatæ nec in ſpurciſſimis Scortis hoc malo afficiuntur.

§ CCXXVII. Mulieres infectiſſimæ geſtaverunt ad menſes infantem, unde nunquam intrare potuit id, quod hæc ulcera parare poſſet, unde quoque in utero nunquam ejusmodi quid inveni, ſed tantum vulgarem Scarlatinam. Mulier fœtum geſtare non poteſt, ſi de his ampullis tanta liquoris ſecernitur copia, ut vulgo in Gonorrhœâ fieri ſolet.

§ CCXXVIII. Quibus opportunitas fuit labefacta corpora diſſecandi, non invenere mala, quibus Gonorrhœa ſimilis eſt. Non nego corpus uteri partesque annexas vitio quodam morboſo atque ulcere affici poſſe, ſed quæritur an talis ſit Gonorrhœa? quod tamen hucusque non inventum fuit. Sed quandò Luis Venereæ fomes adeſt, tum uterus affici poteſt; verum iſta affectia non eſt á Gonorrhœa, ſed à Lue Venerea. Undenam hoc contingit? forte os uteri tam arcte clauſum eſt; ut nihil admittat, ſed tempore tentiginis ſe aperiat, & tunc, ut probabile videtur, cum copia fluoris tranſeat, & cum vaſa eroſa fluorem evomant, videtur à venis fieri abſorptionem, & ſanguini miſceri: ulcera tamen hanc partem obſidentia falſò ad hæc referuntur. Obſervatum quod in vagina particularis generetur humor, qui non comparandus cum fluxu ex tuberculis proveniente, neque intra labia & os Vaginæ ſecreto; ergo ſingularis eſt indolis & forte à tribus Authoribus deſcriptus. Oriuntur aliquando per tres vel quatuor digitos tranverſos longæ, latæque, ſuperius arctiſſimæ fiſſuræ, & fiſtulæ & ulcera haec decurrunt ad normam rugarum, quæ ibi ſunt, non parallelo modo, ſed ex tranverſo, per politæ vaginæ cavum. Si nunc hic nata ſunt, peſſimum genus faciunt, quod fæculentam contiuuò ſtillat materiam, & ſic

pro

pro Gonorrhoea habitum, quamvis Gonorrhoea non poteſt vocari, ſed potius diverſum ulcerum genus, quia ad rimas magis, quam ad ulcera ſpectat. Concipitur raro, & dimittitur materies, qualem in Gonorrhœa deſcripſi, acerrime rodentem, albam, ſanioſam, mucoſam, in viro peſſimam Gonorrhœam producentem, & non diu abeſſe poteſt, quin totum corpus afficiat; hinc cito curandum hoc mali genus, quod fæminis viriſque contagioſum eſt, quare certiſſima requiritur Curatio, quæ vero difficillima, unde nunquam ſine topicis curari poteſt. Sequens itaque huic ſcopo ſatisfacere poteſt.

R. Aloes
Myrrhæ
Mell. Q. V.

reducantur in formam balſami, adde Vitelli Ovi & Aquæ. Q. V. injiciantur & detineantur, donec deterſio facta eſt in parte affecta, ut materies minuatur. Hinc materia ſpiſſior exibit, quod bonum indicium meliusque præſtabit ſignum, & hoc modo topico præter reliqua jam ante medicamina recenſita curatur.

DE CONDYLOMATIBUS.

§ CCXXIX. Omnes cryptæ ſunt exiguæ glandulæ, mucoſis partibus obliniendis dicatæ, ſuccum mucoſum ſive ſmegma conficientes. Si attritu nimio in ſuperficie interna membranæ reddantur calloſæ & minus perſpirabiles, quia perſpiracula occluduntur, hæc malorum ſpecies oritur, nempe ex craſſa & fungoſa materia evadunt minus dilatata, quia partes minus perſpirabiles ſunt, hinc hic fit tumor, unde membrana cryptoſa mirificè craſſa evadit. Nulla datur membrana, quin attritu calloſa fiat, ut patet in manibus fabrorum ferrariorum, ubi Epidermis à ſolo

attritu & preſſione iterata fit tam craſſa, ut digiti ſæpe minoris craſſitiem adæquet ſine ullo vaſe rupto. Hæc condylomata non adeo ſunt ulceroſa purulentaque, quam quidem tædioſa, quia non facile diſcedunt; & curationem in Lue Venerea reddunt difficillimam, quia ſemper calli remanent & renaſcuntur. Unum tantum ſupereſt, ut ſumma patientia emolliantur.

R. Lactis Recent.
Folior. Malv.
Althææ Q. V.

in hoc pedes parteſque calloſæ detinentur, & ad priſtinum ſtatum reducuntur. Hoc diſcite, quod emollientia ſeparationem faciant; nam cæterum remedii nil ſcio. Veteres plerumque hæc abſcindere ſolebant.

DE VERRUCIS VENEREIS.

§ CCXXX. Omnes rugæ in vagina referunt palatum hominis, & ſunt nil niſi ſentientes papillæ, in quarum vallibus intermediis hærent cryptæ rugoſae mucum ſtillantes. Si nunc membrana ſubtilis evadit, tum papillæ ſtatim á vi arterioſa impulſæ prominent, quarum papillarum unaquæque pro nervo haberi non debet, ſed pro fungoſo ſingulari corpore, in quo Natura innumerabiles nervos poſuit, arteriolas, venaſque continet. Hæ papillæ vulneratæ, dilaceratæ, diſſectæ, vel quocumque modo læſæ, mirificè ſanguinem fundunt, & ſi verrucas vis auferre, ferro candenti ſiſti debeat hæmorrhagia.

§ CCXXXI. Simulac tenera membrana eſt ſublata, tum tempore orgaſmi arteriolas protrudit, & verrucæ immanes fiunt, ut ſæpe naſcatur *Collare* dictum *Hiſpanicum*, & hirſutus fiat locus. Crebrum in morbis

s venereis eſt hoc malum. Cum mihi ante aliquot nnos ſe obtulit Turbith Minerale, curando huic alo adhibui, ut in virili urethra, & cum mictum ent, haſce partes, ut purgarent, mandavi, & adhi-erent pro injectionibus emollientiſſima, alioquin errucæ non tam facile evaneſcant. Criſtæ ſunt ni-il niſi verrucæ conglomeratæ, deſcriptae à Veteri-us, ubi *Mariſcæ* vocantur. Vidi tales circa has par-es natas fuiſſe, ut unciae pondus continerent, & uia partes exulceratae adinſtar ficus aſſurgunt, fiunt raecipuè circa os vaginae externum. Hoc genus emel natum crudeliſſima cura aufertur, vel canden-e ferro, vel tenacula. Curatur vero per emollien-ia, ubi tamen plus aſſurgunt, per erodentia, ſed ſi non una vice tollas, in cancrum abeunt.

DE LUE VENEREA, SIVE MORBO GALLICO, ITEM ITALICO ET HISPANICO. BELGICE *SPAANSE POCKEN.*

PRIMA LUIS VENEREA SPECIES.

§ CCXXXII.

JAm venio ad Luem Veneream, prout Nobis occurrit. Quando venenum contagioſum, quod deſcripſi antea, jam per totum corpus disperſum communicatum eſt, ut haereat in partibus & humoribus, tunc haec Cacochymia vocatur Lues Venerea. Dico itàque Luem Veneream vocari, quando illud venenum non in uno loco magis haeret, ſed diperſum eſt per omnes humores vitales.

§ CCXXXIII. Omnes Medici ſapientes ab hujus mali principio obſervarunt, quod illud venenum corporeum in hoc malo adeo vix corporeum ſit, ut potius pro aura ſpirituoſa habeatur. Hoc venenum eſt contagioſum, ex parvo loco in ampliora ſe extendit, quod genus eſt morborum contagioſorum. Etenim ſi homo ſcabie laborans primo praecipue vere

e nummum calentibus digitis ſumpſerit, & alio pariter calenti ſaniſſimo tradiderit, cum illo ſcabiem ſæpe communicat, & ſi ad loca inter digitos oriatur una puſtula pruriens, ſcalpendo diſpergit ſe in totum corpus, quod etiam in Lue Venerea obtinet. Si hoc malum ex loco externo in humores vitales per venas reſorbentes (cum humores ſub cute ad vitales referuntur) ingurgitatur, tunc oritur Lues Venerea. Hæc Lues eſt illa, quæ primo Gonorrhœam faciebat, ſed jam corrupta per totum corpus ſerpit, & tamen nullibi apparet. Si hoc malum ita diſperſum in humores hæret, tunc de hoc fomite interno talia poſſunt oriri mala, qualia ab externa applicatione in prioribus exiſtebant; tum primo hæret in maſſa ſanguinea forte in una guttula ſanguinis, poſtea motu & calore in toto fluore rubro, & ſic propagari poteſt, ac prius in Gonorrhœa.

§ CCXXXIV. Jam ingens diverſitas apparebit inter illa, quæ explicui, & quæ, jam dicam. In prioribus externa prius afficiebantur, ſed hæc interna extrorſum erumpunt, hinc rariſſime ſic corpus humanum fuit infectum, undequaque hoc contagium Venereum poterit cognoſci, licet ſit Medicus experientiſſimus, & homo infectus erit, ſimulac hoc virus æqualiter diſtributum fuerit. Si verò in una parte hæret, ſtatim apparet; nam in priori caſu ne unicum ſignum eſt, quo cognoſci poſſit, ſed per omnes humores homo eſt corruptus.

§ CCXXXV. Dicunt Medici hos homines eſſe melancholicos, ſed dicam potius, quod ſint libidinoſi. Dicunt illos ſentire per totum corpus gravedinem, ſed humorum depravationes, inflammationes, jam incipiunt ſe manifeſtare. Mihi ergo ſemper adeo ſubtilis apparuit Lues hæc, ut ſenſus eludat. Inviſibilia ſemina per meatus venoſos inſinuata excitant Cacochymiam Veneream, ſi in gradu eſt. Ergo in initio ſigna manifeſta non habet hæc Cacochymia, quan-

quando per metaſtaſin aliquid humoris deponit in unam partem, tum ſymptomata oriuntur; ergo & Medico ſenſibilia, & hic eſt ſecundus ſtatus Luis Venereæ. Fit perfectè, ut in omni morbo contagioſo fieri ſolet. Suſcipitur inſenſibile contagium, febris oritur ab illo motu, fiunt maculæ ut in Variolis. Sic etiam homines Variolis laborantes in initio nil ſentiunt, ubi maculæ apparent primo die, ſecundo autem & tertio incipiunt id perſentire: ſic etiam in Lue Venerea.

§CCXXXVI. Si homo quidam quodcunque habuerit ulcus venereum uni vero loco applicatum, non vocabimus Luem Veneream, ſi verò ſubtile venenum humoribus vitalibus ſe miſcuerit, & tamen non depoſitum certo loco, nullumque topicum dederit ſignum, tum vocatur Lues Venerea, ſi ſe ad aliquam corporis plagam determinare incipiat, vocatur Lues Venerea cum tali ulcere. Hinc conſtabit, quod quis poſſit Lue Venerea infectus eſſe & quidem peſſimæ forte indolis, nullo tamen apparente ſigno, & ille homo, qui ſe bonis humoribus nutriri putabat; ſine ullo commercio venereo ſe infectum non eſſe putat, poſtea tamen Venerem exercens inquinationem comperiet; unde quidam opinantur, hoc de malo hocce non eſſe. Quamdiu hoc Venenum contagioſum per humores diffuſum eſt, nullam ſingularem partem inquirat, & nullo indicio rite ſe manifeſtat: hinc fieri poteſt, ut materialem habeat cauſam, & tamen exercitatiſſimus Medicus ſignum non inveniat. Cogitavi ideo ſæpius, hoc malum illo tempore nocere non poſſe, ut patebit ex ſequentibus me non erraſſe.

§CCXXXVII. Homines tractavi, quibus integra ſanitatis indicia aderant, ſed quia in juvenili ætate Baccho & Veneri ſe dederint, ſuſpicatos jam in provectiori ætate aliquid tecti ſubeſſe, ſed ſignum nullum infectionis adfuit, lætus potius animus, functiones

ſs vitales in corpore perfectè procedebant. Novi Viros
ibata ſanitate fruentes, ſed imprudenter repetitis
ctionibus cum optimæ ſortis Mulieribus ſenſim ſu-
ortum fuiſſe malum venereum. Mulier, dum con-
igium iniret, videbatur ſaniſſima, Venere fruens
alo peſſimo laborabat. Unde probo latere poſſe hoc
nalum venereum. Ergo non metuendum, niſi ſe
nanifeſtet. Hinc ſi experti ſitis ejusmodi homines
n juventute nimis liberaliter his rebus operam dediſſe,
erti ſitis malum latere in humoribus. Qua ratione
utem ita tamdiu tectum lateat, neſcio.

§ CCXXXVIII. Hæc prima Luis Venereæ idea,
bi materiæ cauſa tandem humoribus ſe inſinuavit,
& nondum in alias externas corporis partes eſt de-
erminata. Fomes deſcriptus internus ſimulac infe-
erit partem ſenſibus expoſitam, tale genus producit,
quale per externum applicatum fuiſſet in deſcriptis
norbis genitalium, in quibus tale ſubtile venenum,
ut in Pene, glande, urethra interna, oriantur Bu-
bones, quod exiſtit â cauſa externa, unde, ſi
ad aptum locum pervenerit, citiſſime ſe expandit.
Ergo ſi homo miasma in corpore non ſentit, non
poſſum dicere, ille non laborat, quia poteſt hærere
& ſe manifeſtare in ſuperficie externa.

DIAGNOSIS.

§ CCXXXIX. Locus oculis conſpicuus, in quem
totus fomes ſpicula mittit, eſt cuticula, in corpore
ſanioſa hæc fit ſola; fomes per metaſtaſin vel cri-
ſin deponit hoc malum, & apparet puſtula. Hæc
puſtula colorem rubrum, ſæpe flaveſcentem refert,
quæ ſe poſtea in maculas diffundit apicem digiti æ-
quantes, & in fronte & pectore omnium maxime
ſe manifeſtant, quia calor ibi maximus, & reſiſten-
tia minima; hæc ſunt prima ejus initia hoc fit quoque
in ſcorbuto, & ſi homo juvenis in æſtate curſibus
majorem motum ſanguini induxerit, quam eſt ca-
lor

lor naturalis in æſtate, præcipue tum in pectore tales ſe quoque produnt Puſtulæ, quæ tamen facile diſtingui poſſunt, & nihil timoris habent. Puſtulæ priores evadunt cruſtuloſæ, lepr-ſæ, elatæ paululum, in ſquammas decidentes, & nunquam locum depurantes, ſunt porriginoſæ, furfuraceæ, quæ raro ulceroſæ fiunt; nam hoc ſi fit, fundunt albam, pinguem, exſiccatam, flaveſcentemque materiam; hoc pus ut liquefactum ſebum apparet, & coloris albi ſplendentis eſt, &, ſi ſtererit, flaveſcit.

§ CCXL. Ulcera hæc ſunt phagedænica, propagando rodentia, quæ ſemper hærent in panniculo adipoſo, hinc cutis in his ulceribus per menſes hæret intacta, ſed poſt menſes etiam cutis læditur, quod eſt ſignum Pathognomonicum. Notum eſt ex Chirurgia, quod, ſi febris peſtitentialis aliquem infecerit, nunquam ulterius currat, ſed in Lue Venerea propagatur, ut in ſcorbuto. Corpora ſic vidi depaſta, ut ſceleta potius quam homines referrent; ſed in muſculis non vidi hærere virus, quod certum ſignum pathognomicum eſſe obſervatur.

§ CCXLI. Hæc ulcera ſub cute ſerpunt, hinc latera plana, alba, ulceris fundus collapſus, exeſus, lardo orbatus, ad fimbrias & labia ſub cute ſerpens, quod Luis Venereæ ſignum. Labia ſunt depreſſa, quaſi deorſum tracta, nam pinguedo in fundo eſt conſumpta, unde cutis deprimitur, & leviſſima inflamatio circa margines ut in aliis ulceribus; margines ſunt ſani, ſplendentes, colore ſubalbo, fundus numquam profundus, niſi ubi pinguedo ſumma eſt, ut in natibus, & ſi ad hæc loca fiunt, tunc ulcus depaſcit totam pinguedinem, non ultra abeunt, niſi ad membranam muſculorum, ergo non ſunt profunda, quod in aliis ulceribus non ita obſervatur, quæ potius ad oſſa usque tendunt. Hæc ulcera ſe diſſeminant per panniculum adipoſum, & muſculi nudi colore quaſi corallino ſunt perfuſi. Si in corpore

e à fomite inviſibili natus fuerit dolor, contagium am ſe diffundit usque ad medullam oſſium, & pe- ioiſtium, ſine ullo ſigno apparente; ſi tunc ulcera xterna oriuntur, levantur dolores, & quamdiu aperta nanent, nullus dolor erit; ſi verò clauduntur, ſtatim riuntur iterum dolores nocturni, de quibus inferius uo loco. Hinc, qui materiam non rodendo ex- rorſum allicit, ſed balneis & fomentis hoc inſtituit, emper bona procedit methodo, & raro fallet cura. Quo magis hæc ulcera ſuum pus fundunt, eò citius iberantur ægri. Corpori huic ille fomes innatus eſt, ut exeat. Ulcera, depaſtâ membranâ adipoſâ, in uno loco cicatricem cavam faciunt, nam adipe con- ſumptâ hoc ſpurcum liquidum cellulas deſtruit, & quia cutis ſemel ita ablata nunquam recreſcit, hete- rogeneum fit integumentum, & ſi muſculus ſepoſi- tus excreſcit, ſemper manebit cicatrix rubra, quæ eſt ſolidiſſima, ſplendens, ut radios lucis reflectat. Hæc cavitas manet ſingularis rubra, livida & muſcu- lo accreta, quæ non perſpirat, ſed ſplendens eſt. Alia forma in his cicatricibus, quàm in aliis. Ingens va- rietas etiam inter hæc & alia ulcera, nam aliud ulcus ſemper aliquam pinguedinem habet, Lues Venerea nullam. Si in Lue Venerea ad perioſtium venerit fomes, cutis oſſi adnaſcitur, ut ad totam vitam im- mobilis maneat. Si in fronte ulcus prodeat, prius in tumorem abit, poſt rumpitur, materies exiens mem- branam celluloſam depaſcit, & poſt, ſi cutis exeſa eſt, ſolum remanet Perioſtium. Si nunc cicatrix fit, foſſa hæret extenſa tenui membranâ, ſplendente, obducta.

GRADUS SECUNDUS LUIS VENEREÆ.

§ CCXLII. Primus fuit, quando contagium ve- nereum in nulla parte per tumores ſpargitur, deno- minatione nondum ad loca certa facta, ſi verò con- cep-

ceptum virus ad hæc loca certa ſe manifeſtat, talia efficit mala, qualia ab extrinſecus applicata fuiſſent. Diſtinguendum quam maxime, an malum loca ante tecta occupet, tunc 1. Si cutis afficiatur, Epidermidem quoque affici Author exiſto. 2. In natis ulcuſculis, ubi cutis eſt, duo diſtinguo. 1. In loca ubi inter cutim & oſſa ſubſtantia interjacet. 2. Ubi inter cutim & oſſa hærent aliæ ſubſtantiæ molles. Ubi ſola Epidermis eſt ſub cute ſolummodo perioſtium interjacet, nam nulla cutis ſubjacenti parti, ſed mobilis ope membranæ celluloſæ, interpoſita eſt, & hæc ubique in corpore. Quoties ergo à Viribus vitæ internis deponitur ulceroſa Luis Venereæ materia, tum conceptum contagium ſub cute perſiſtit, & certa malorum genera oriuntur, ut deſcripta. Ex. Gr. in Fronte, Vertice, Suncipite, Occipite, ubi Crotaphytes, Corrugator Superciliorum, Quadratus Euſtachii, & tendines ad caput movendum deſinunt, membrana celluloſa citiſſime per hæc ulcuſcula conſumitur, & cutim in his locis erodendo ſuffocat, unde ulcera apparent livida, purpurea, ſi nondum apertura facta eſt. Si vero cutis ſupra oſſa elevetur, totam frontem excoriatam vidi. Si nunc bonis avibus curetur, tum ſupra frontem naſcitur ſpecies heterogenei integumenti, quæ inſtar filamentorum abraſorum oſſi ſemper affixa eſt. Talibus locis, ubi dominatur, adnumeratur quoque maxilla inferior, ubi faediſſima ulcera producuntur. Claviculæ quoque, ubi tota nuditas & nulla fere pinguedo adeſt, afficiuntur. Sub his partibus tum proſerpit malum, & emoritur pars.

§ CCXLIII. Sternum, anterius Tibiæ os, etiam hoc malo afficiuntur, nam tenuiſſima cutis ſolummodo ſupercumbit his partibus, dum muſculi tantum ad latera ponuntur, adeo ut nullus tendo, nullum ligamentum, ſed ſola Epidermis, & tenuiſſima membrana celluloſa, hiſce ſint ſuperimpoſita. Si ergo

in

in Chirurgicis hic fit contuſio, nil quidem apparet anterius niſi ſupradicta membrana celluloſa & epidermis, quod affici poteſt, quando tum tumor oritur ſummus à membrana celluloſa extrorſum tenſa, & ſic procedendo & corrodendo mala gignit horrendiſſima. Vid. BELLINUS. Si ergo Lues Venerea huc veniat, quisque facile perſpicit, quid fiat. Jam hæc ſunt præcipue loca, ad quæ diſpoſitum malum a ſitu partium repende perducitur. Variat hic etiam *membrana celluloſa Ruiſchiana* quam tenerrima; hinc etiam his locis RUISCHIUS hanc membranam noluit vocare pinguedinoſam, ſed celluloſam tantum. Nam ubi hæc celluloſa poroſa eſt, ibi nudum perioſteum hæret, & oleum hic hærens ad illinendas partes conſumitur, & os eroditur. Hoc malum facit dolores ſummos, & quoniam os non cedat, tunc extrorſum malum trahit, & cutis cum vaſis extrorſum ducitur. Peſſimum eſt, quod ſtatim oſſa pateant, nam eroſâ celluloſâ perioſtium afficitur: Ergo hic 1. fiunt tumores enormes, & peſſima gangræna. In aliis corporis partibus cedunt lateralia, & cutis ſic premitur, ut vaſa adhuc ſupra elatam cutim abire poſſint, ſed hic nec latera, nec fundus, cedunt, ergo Gangræna acceleratur. Si ſanati fuerint, peſſima relinqunt ſtigmata, & ſi ulcus tunc hæc omnia conſumpſerit, epidermis cum vaſis renaſci nequit ob conſumpta vaſa, ſed aliud integumentum oritur degenerans quaſi, turpiſſimamque cicatricem facit. 2. Mobilis cutis ſemper perioſteo accreſcit, & ſic tenditur os. 3. Membrana celluloſa abeſt, quæ nunquam renaſcitur, hinc nudum os apparet, & abit in membranam minime perſpirabilem. Ubi adeps optima, & craſſities partis dominantur in corpore humano, ut inter oſſa, muſculos, & cutim; longe alia oriantur ſymptomata, ulcera.

§ CCXLIV. Nunquam fortuita pars in corpore humano occurrit: hinc licet homo pingueſcat, vix

in fronte, ſcroto, apparet pinguedo, ſed ubi muſculi, ibi membrana celluloſa, & quo muſculi validiores eo craſſior membrana celluloſa. Si nunc ad hæc loca contigerit, tum ſemper in membrana celluloſa hæret, oriturque inflammatio, tumor, cujus origo à nemine adhuc eſt explicata. Dicunt quidem à vaſis contractis fieri, ſed Ego nondum vidi;, unde ut Emphyſema ſe immiſcet, & hoc facto profundiſſima parat ulcera, quæ eradicare hoc opus hic labor; etiam illa in macilentis, ubi nulla pinguedo, fiunt, ſed ubi pinguedo, ibi etiam inflando faciunt tumorem, qua conſumpta ad muſculos tendunt ſuppoſitos. Ulcera in pinguedine ſemper cum dolore ſe manifeſtant, dein ſemper ad os usque penetrant in aliis locis, ubi vix quidquam pinguedinis adeſt. Si nunc premant vicina loca, plus quàm adeps ad fundum vergunt. Si tumor rumpitur, tum fundus apparet profundus, qui non curatur, nam ulcera totum lardum conſumunt. Quando virus venereum in celluloſa & adipoſa vulgari circa clunes hæret, & ſi ulcera venerea hic curantur, fundus manet, & cicatrix tam magna, ut minimi digiti binos articulos imponere poſſes.

§ CCXLV. Unus locus eſt in corpore, ubi mirum quid cóntingit, ſcilicet in cervice ſub cute apud Bajulos, magna onera portantes, fungoſa, & quaſi rapax ſubſtantia hæret, molli liquido plena, ut repræſentet ſpeciem ſubſtantiæ heterogeneæ, unde hic oriuntur ulcera manantia, inſanabilia. Si ſemel læditur ſubſtantia hæc, poſt ſeparationem ulcerum & ſanationem incommodiſſima ſequuntur ſymptomata, nam rigiditas in apice conſiſtit, ut in ſcapulis & humeris, quia conſumpta pinguedine membranæ & muſculi concreſcunt, & ſi ſanata quoque ſint, ſtatim alia in aliis corporis partibus oriuntur ulcera, ſi aperta manent, ſtatim quaſi ſanatum videres hominem, ſed cicatrice facta in alio loco eadem ſe ma-

manifeſtat tragoedia. Sic vidi hominem, cujus dorſum non niſi una cicatrix fuit, imo vidi hos muſculos, interno corpore illibato, per exteriora ſerpſiſſe. Omne, quod dixi, obtinet in ſecunda ſpecie ulceroſa, ubi loca ante tecta fuerunt. Reliqui verò veſtro ſagaci judicio, quid mali faciant ulcera, ubi cutis eſt, & ubi ea non eſt.

DIAGNOSIS.

§ CCXLVI. Primo ex ſignis primæ Luis Venereæ prægreſſis. 2. Ex jam deſcriptis conſpicuis ulceribus. Si jam hæc prægreſſa ſunt, & ulcera naſcuntur in quocumque loco, nemo amplius de primi & ſecundi generis Lue Venerea dubitare poteſt.

GENUS TERTIUM LUIS VENEREÆ.

§ CCXLVII. Ubi occupantur loca cute carentia, quando fomes interior in prima ſpecie deſcriptus deponitur ad illa, ut ſic oculis ſint conſpicua, tunc ſequens malorum genus oritur. Malum hic hærens vel in inflammatione vel in ſuppuratione conſiſtit. Inflammatio in principio raro cognoſcitur, ſi verò exulceratio eſt, ſtatim apparet, ſed praeveniri debet, ſi inflammatio adeſt, ne in ſuppurationem abeat, nam exulceratio difficulter ſanatur. Inflammatio valde rubra apparet, ut in cantho majori oculi, in labiis, faucibus; hinc ſi rubeſcit, poteſt primum ſtygmatis initium obſervari, ſed neglecta in aphtam abit, & tum jam eſt exulcerario. Inflammatio non tam magna eſt ut in prioribus, quod in labiis, gingivis, videmus, tum ſi ulcus plus juſto rubet, (nam raro tumeſcit) ſplendet, & dolet, & præterea ſi primi & ſecundi gradus certi ſimus, de hoc conſtabit certe.

§ CCXLVIII. Si puſtulæ in locis cute carentibus ex inflammatione in exulcerationem abeant, aphtæ apparent, & hoc evidenter conſpicimus, ubi ſquamma papillaceum fundum relinquit, quod in tonſillis palati fit. Simul ac apparent aphtæ, fit lata plaga, et diſperſum ulcus non multum eminens, ſed intus referens colorem album; quod peſſimum ſignum putares, lardum ibi depoſitum inſtar Emplaſtri eſſe, tum poſtea fit flavi coloris, & in Lacunam abit. Hæc ergo longè alia iterum eſt facies.

§ CCXLIX. Quando conceptus fomes vitalibus humoribus communicatur, & ſi internis adhuc tractentur ægri, longe alia malorum facies ſe prodit. Malum hoc depoſitum, vel eſt inflammatorium vel ſuppuratorium. Inflammatorium plerumque præviderì ſolet ex colore rubro, & quia cætera rubra apparent; hinc inculcavi, ut bene ſcrutando examinetur, ſi quis ſuſpectus ſe manifeſtat Medico; nam ſi pruriginem cum colore rubro animadvertat, credat certe hoc ſerpere malum, & curet initio, priusquam ſuppurationi locum conceſcerit. Si verò ſuppuratio accidat, tunc longe alia indoles ulcerum, quam ubi cute tecta erat, quod plerumque in glande & vagina, ubi cutis abeſt, ſolummodo locum invenit. Hæc loca ſunt vaſis ateriosis & venoſis refertiſſima, ut poſt ſolam Epidermidem avulſam ſequatur hæmorrhagia, nam venae ſic hærent, ut ſolo preſſu ſanguis exeat. Vix apparet in his partibus adeps, niſi rariſſima interſperſa, in lingua bubula procedit, & tu tamen putares eſſe ſolam carnem rubram.

§ CCL. Ergo videtis, quod ſi ad hæc loca eroſio facta eſt, tum non in ampulla ampla, ſed tantum flocculis membranæ adipoſæ, & glandularum nominibus, fibrisque hæret, unde aphtæ primam originem ducunt. Tum ubi eroſio deſinit, locus patet flocculentus, villoſus, Aphtæ ſic in latus prodeunt,

& in

& in fundo mucilaginoſum & ſubflaveſcentem colorem referunt, quæ ſenſim excavando propagantur, & quia membrana celluloſa hic eſt adnata, mira inde ulcerum facies provenit.

§ CCLI. Partes, quæ imprimis afficiuntur, ſunt narium interiora. Celeberrimus Ruischius optime demonſtravit, quod cutis naſi expanſa ad interiora cavi narium ad duodecimam pollicis partem ſe inſinuet, ubi cutis alba eſt, quod tunc oriatur membrana rubra, quæ narciſſos dare incipit, et paulo poſt in membranam mucoſam, *Schneiderianam* dictam, totà cute carentem deſcendat, in qua vaſa arterioſa locantur parallela, & quæ aperta patent, ex quibus diſtillat latex aquoſus, fluidorumque per venas bibulas inhalatione & per auras exhalatione fit mucus. Sic in membrana loca quoque ſunt exigua, cava, rotunda, quæ ſunt extremitates arteriarum, & in ſuperficiem cavam horum loculorum deſinentes, mucum fundentes: Nervi Olfactorii & quinti nervorum paris diſtinctis in ſternutationibus inſerviunt uſibus. Hæc membrana ſuper quatuor oſſicula ſpongioſa ſe inſinuat in ſex ſinus mucoſos, & ſupra maxillam, palatum, quatuor oſſicula ſpongioſa, os vomeris & palati ſe expandit. In omnibus his locis reperitur contagium venereum. Ruischius dicit, quod membrana incredibiliter tenuis ſit, ſed ille has partes diu macerare ſolitus in aqua omnem mucilaginoſam ſubſtantiam ſeparat, tunc ſolum arterioſum genus ſupermanens implevit materià ceracea, ſuſpenſum exſiccavit in aere; tunc apparet adeo tenuis, cum alias ſit craſſa.

§ CCLII. Veſicam urinariam incredibilis craſſitiei vidi, quæ digiti minimi craſſitiem impleret, hæc eadem ſi flatu diſtenta, ſiccata, ſcinderetur, vix papyri craſſitiem æquaret. Ergo natura harum membranarum eſt, quod in ſtatu naturali ſint craſſæ, diſtentæ verò tenuiſſimæ.

§ CCLIII. Hæc membrana ſupra Oſſicula ſpongioſa eſt tenuiſſima, quæ lamellis diſtinctiſſimis lacunas format, ex quibus exitus datur. Hinc ſi centum lamellæ ſunt, tunc ducentæ reperiuntur membranæ, quia lamellæ oſſeæ ab utraque parte inveſtiuntur, & ſic ad ſingulos parietes membrana ſe circumveſtit. Ergo cogitate, quam ſubtilis & longa ſit membrana. Septum narium eſt cartilago, ubi prima naſi eſt, hæc in alias cartilagines diviſa mobilis deprehenditur, quæ inter ſegmenta cartilagines ligamentis habet ligatas, quæ ſola hac duplicata & ligamenta ſuperſcandente membrana narium inveſtiuntur. Vaſa hujus perichondrii omnia in ſubſtantiam cartilagineam abeunt; hinc videntur pinguedinoſa. Septum tamen eſt tenuiſſimum.

§ CCLIV. Superius oritur pars oſſea naſi, & Perichondrium fit perioſteum, quod ibi ſic permanet. Sex ſinus, ubi exiſtunt, in oſſibus maxillaribus, frontis & ſphenoidis inveniuntur, qui cava ſpecus referunt, qualia nulla ſimilia reperiuntur in toto corpore. In hæc nil niſi Aër et mucus accedunt, deponuntur, ſecernuntur. Conſtruuntur ex lamellis tenuiſſimis oſſeis, membrana nunc mucipara totam narium internam ſuperficiem atque omnium cavorum communicantium, ut et partes in cavo narium locatas inveſtiens, ibi ponitur, ubi nullum perioſteum; hinc hic loci nullum Perichondrium.

§ CCLV. Jam ſequitur ſuperior palati pars, quae componitur primò ex quatuor oſſibus maxillæ parte poſtica, ſcilicet duobus maxillaribus ſuperioribus totidemque oſſibus palatinis. 2. ex duabus appendicibus oſſis ſphenoidalis. 3. Velum pendulum, et haec omnia vocantur palatum. Hic nullum aliud perioſteum eſt, quam id, quod eſt membrana craſſa, calloſa, ſulcata, fornicata, oſſa maxillaria & palati inveſtiens, ab oſſibus palati retrorſum procedens in parte poſtica ſe in velum pendulum vel

valvulam narium (à me dictam) expandit, oſculis mucum eructantibus ibidem patet, quae Valvula parte ſuperiori ſtillicidium ſex ſinuum recipit, & naribus reddit.

§ CCLVI. Sequitur jam Palati externi conſideratio, quod rugoſum eſt usque ad oſſa ſphenoidalia, totoque loco membrana cingitur calloſa, quae examinata habet juga valvuloſa, eſtque adeo craſſa, ut aeris, cibi, potusque aſperitatem ſine oſſis laeſione ſuſtinere poſſit. Si verò haec membrana pertunditur, & perioſteum laeditur, oſſa denudantur, unde tanta malorum acerbitas oriri ſolet.

§ CCLVII. Tonſillae ſunt glomeres mucilaginoſi, qui lubriciſſimos ad deglutiendum humores fundunt.

§ CCLVIII. Ubi labia connivent, ibi malum ſemper hæret; hinc Gingivæ à planis illis extenſis ulceribus ſemper patent, quod in Scorbuto non raro contingit. Hæc ulcera ad gemas usque tendunt, ubi emiſſaria ſalivæ ducuntur; hinc hic loci adeò horrenda ulcera et dolentia in Salivatione.

§ CCLIX. In camera Linguæ, ubi emiſſaria ex glandulis maxillaribus oriuntur, ulcera propter granula ibi depoſita proveniunt horrenda, pars linguæ prona ſuo Epithelio obducitur, dorſum linguæ verò craſſa cute tegitur, quæ diverſa eſt ab omni parte membranacea. Hinc raro apparent ulcera in dorſo ſive hacce cute membranacea, ſed tantum ad latera, ſi verò perveniret ad dorſum linguæ, tum ſub tuberculis horrenda oriuntur ulcera ſubtus reptantia.

§ CCLX. Glandula in dorſo Epiglottidis incumbit, ubi per cryptas ejus mucoſas muci copia ſecernitur, membrana ſuper hanc adſcendens ſimilis eſt ſtructuræ. Si ulcera huc perveniant, nulla ſanationis ſpes eſt, nam totum caput Laryngis affectum eſt. Rogate ægrum, ut ore aperto velit efflare ſpiritum, ſed non per nares, tunc viſuri eſtis velum pendulum

retrotrahi, et claudere nares, & in membrana obſervatę ſtigmata valde mucilaginoſa. Vide MORGAGNUM *Adverſ. Anat.* 1. *pag.* 2, *aliisque in locis.* Hæc membrana partim mucilaginoſa ſimul eſt perioſt.um vertebrarum colli, quæ hac ſola veſtiuntur. Nullus locus nobis magis conſiderandus venit, quàm hic. Vos ergo videtis, & facile applicabitis ad hæc loca alia, quæ de his dixi. Si contagium venereum à cauſa interna procedit, hoc diſcrimine in curatione eſt procedendum illudque eſt obſervandum, quod in faucibus Gargariſmata, in vertebris colli verò haud ità adhibere poteritis. Hoc malum hic ſe diſſeminat, ut non ſolum ad muſculos in his partibus, verum etiam ad tendines Vaginæ muſculoſæ perveniat.

§ CCLXI. Ulcera in omnibus partibus, quas microſcopio perſcrutatus ſum, tantum hærent in membrana pinguedinoſa, quæ hic depaſcitur, ut nervi et muſculorum fibræ nudæ & rubræ appareant cum ſummo dolore & inflexibilitate; ubi hoſpitantur, putreſcendo corrumpunt partes, quod verò in initio non fit. Malum venereum quamdiu in hac ſubſtantia oleoſa non hæſerit; & non ad oleoſam ſubſtantiam in oſſibus, vel eorum articulis fuerit, ſemper in reliquis humoribus nil facit mali. Urina eſt ſana, ſaliva quoque, niſi applicetur ad loca, ubi membrana celluloſa affici poteſt. Ergo nec in ſanguine, ejus ſero, urina, ſaliva, quid mali efficit, ſed tantum oleoſa ſubſtantia ſubjectum mali.

§ CLXII. Nullum vas in corpore humano eſt mobile, quin propagine membranæ celluloſæ circumveſtiatur. Hoc in oſſium meditulliis verum eſſe quoque demonſtratum ante eſt. Omnes arteriæ, ligamenta, tendines, fibræ, hac membrana oleoſa teguntur, hinc commercium inter omnes has partes, unde ſemel conceptum venenum hanc totam membranam celluloſam circumdatam habet.

§ CLXIII.

§ CCLXIII. Oleum in medulla inſipidum, minime tenax & lubricandis articulis deſtinatum, verum qua parte muſculis adhæret, craſſius eſt, minus mobile, donec à motu muſculari tundatur, dividatur, & ex loco ſuo pellatur. Ergo oleum eſt vera veneni ſedes. Hoc oleum eſt humor tenaciſſimus, omne vinculum lentoris continens, ne latex aquoſus ablui poſſet. Labes jam hærens in oleo multiplicat ſe, ut in alimento ſuo, ſed cùm commercium ſit ſingularis ſtructuræ ad oſſa & partes mobiles, ubi ex corpore exhalare nequit, nec ablui; hinc perpetuæ propagationis continuatio.

§ CCLXIV. Cæteri humores in peſſima Lue Venerea non afficiuntur, Chylus eſt quam optimus, quia ſemper novus accedit, lac mulierum infectarum non multum mali habet: Infantes etiam potius ex papillarum & cutis contactu circa labia afficiuntur. Sanguis Lue Venerea laborantium eſt optimus, unde primi ſcriptores dixere in eo non hærere. Serum, lympha, urina, ſudor, ſaliva, ſemen nil mali continent. Venenum quidem ſpirituoſum eſt, tamen non afficit, ſed ſolummodo quiete agit, quando quieſcens applicatur oleum.

§ CCLXV. Antonius Benivenius dicit, qui Anno 1527. vixit, ad hoc venenum concipiendum aptus eſt unctuoſus, & porro ſedes eſt, humor, qui concipere & fovere poteſt illud liquidum mucilaginoſum, pingue, quod circa ligamenta et tendines hæret.

§ CCLXVI. Maſſa in Lue Venerea puſtulas et alias infectiones cutaneas, ulcera maligna, parat, licet ad inguina nil mali appareat; & in his puſtulis, dum aperui, ſemper aliquid denſi, viſcoſi, albi, cum tenacitate adhuc excreſcentis, inveni.

§ CCLXVII. Ex his, quæ dixi, apparet, jam in prima morbi idea inventum fuiſſe, ubi illud viſcoſum operatur, quia alia ex Recentioribus ſe vidiſſe

 ſcri-

ſcribunt, & exempla proferunt. Ego ſincerè teſtor, me nunquam alia, quam antedicta, vidiſſe, quidquid oblatrent.

§ CCLXVIII. Ulcera, quæ fiunt, numquam profunde currunt, niſi à profunditate veniant, in quocunque loco vagum virus fixum locum occupat, ex hoc abit in partes ſolidas per membranam celluloſam, & ſi in exterioribus haeret, ſemper per ſuperficiariam membranæ celluloſæ partem percurrit.

DIAGNOSIS.

§ CCLXIX. Primo ſi ſigna primæ & ſecundæ Luis Venereæ ſpeciei prægreſſa fuerint. 2. Si poſt hæc conſpicua fiant ulcera jam deſcripta, & 3. illa accedant, quæ jam memoravi, in quocunque loco, dubitare nemo poteſt de Lue Venerea tertii generis.

PROGNOSIS.

§ CCLXX. Deſcriptionem morbi dedi ex optimis Authoribus, puta originem, progreſſum, & diſperſionem. Hinc qui hanc deſcriptionem intellexerit, intelligit propagationem per oleum, & tamdiu non exſtirpatur, manet virulentum. Hinc Prognoſis eſt evidens, niſi impediatur motus, ne ad medullam oſſeam, cartilagines, oſſa, ligamenta, & perioſteum promoveatur, Ego, quamdiu ad hæc loca non venit, nullius habeo momenti. Si vero eo pervenerit, Medico & Ægro incumbit, ut ritè ſuis officiis fungantur. Argentum vivum hominem, qui præ pinguedinis mole ſuffocationis metum incurreret, intra ſex hebdomades reddit macilentiſſimum, ſed emacies corpus, quantum potes, tamen non efficies, ut medulla non ſit amplius in oſſibus, & ut membrana medullam continens ſit macilenta, quod in Hy-

Hydrope quoque fieri non poteſt. Si verò pervenerit ad partes ſolidas, vix ſperanda curatio eſt.

CURATIO.

§ CCLXXI. Poſtquam cum prudentia noviſtis locum atque virus, concipietis quæ & qualia fiant ulcera, quo modo morbus tuto & cito expugnandus, vel de cura cogitandum ſit. Tota hiſtoria hucusque protracta dicit, quod illud corporeum virus ſit adeo ſubtile, ut millies in corpus ſuſceptum non efficeret Luem Veneream, niſi inveniret vinculum hamans in oleo; nam venenum non nocet, quamdiu non agit. Hocce venenum tenue ſi expellere poſſum, homo ſanatus erit; omnia enim venena per ſummos motus vel per corpora exquiſite huic malo oppoſita expelluntur.

§ CCLXXII. Tabes Venerea affligens corpus ſaniſſimum quid ſit, neſcimus, quid efficiat ſenſibus percipitur, ergo relativa tantum ſunt in rerum natura. Nunc quia ſemper aliquid invenitur, quod oppoſitum alteri rei effectum deſtruit, huic malo aliquid oppoſitum fore ſequitur, quod verò nondum cognitum eſt. Metallurgi dicunt Mercurium, ſed falſò. Alii Lignum Guajacum, ſed nullis experimentis & ratiociniis probare poſſunt, unde omnes hujus Luis Scriptores evolvi, nullum inveni, qui haberet antidotum, quod mutaret virus non mutando corpus. Si Scorpio hominem pungit, & mutatur in paſtam, vulnerique applicatur Scorpio, corpus non mutando ſanat, quod verò in hoc malo nondum explorari poteſt.

§ CCLXXIII. Duo requiruntur ad Luem Veneream, ut materies ſit ſatis ſubtilis, ſatisque mobilis. Si in liquidis aquoſis hæret, ut ducatur extra corpus, nullo relicto miasmate, ut illa materies eliminari poſſit, non mutari debet corpus, hoſpitatur verò neutiquam in corpore niſi in oleo, unde ſic eſt diſſol-

diſſolvendum oleum, ut non ſit oleum, ſed miſcibile aquae, ut exhalari poſſit. Si ergo in hoc res conſiſtat, ad ſimplicitatem redigantur rerum ſeries. Invenimus, uti conſtat, in omni Medicorum examine, quod homo fuerit redditus macilentiſſimus; incidi ideo ſemper in hanc ſententiam, quod ſi oleum diſſolvere queam, tunc virus tantum conſiderare debeo, ut per omnes vias evacuationem è corpore eliminem. Hinc dico non eſſe adeo difficile, dummodo perioſteum adhuc ſit integrum, & niſi partes penitus conſumptæ ſint: fit vero inſanabile, ſi hoc abraſum eſt. Corpus verò emaciare debeo, omnemque pinguedinem tollere & expellere. Emaciatio non eſt difficilis, ſi corpus recens adhuc affectum, opimum; ſi malum per humores diſtributum hæret, ut in macilentiam vergat, ſi bona utitur diaeta, audeo tunc curare ſine Decoctis & Mercurio. Victus ſit macer ex Avena, Milio, & Uvis, Pane Biſcocto, Paſſulis Majoribus, Minoribus, Prunis, Oleribus, Fructibus Horæis, Fragis, Endiviis, Paſtinacis, in quibus oleum non reperitur, quæ ſufficiunt penitus pro cibo. Vidi hominem hoc malo affectum animi fortiſſimi, ipſi perſuaſum fuit, ut ſolas Rapas comederet, aquam biberet, & ſanatus fuit feliciter. Potus ſit Serum Lactis. Exercitatio inſtituatur maxime quotidiana ad ſudores usque, quod inter ſumma refertur remedia, nam vis vitæ conſumere debet omnia pinguia, quod maxime ad ſanationem requiritur. Balneo utatur, ſi corpus eſt validum. Sextâ horâ manè & ſextâ horâ veſperi ſedeat obductus linteo ceraceo, ne perſpiret, & permaneat ſic per quadrantem horæ, ut ferre poſſit, & ſic quotidie emaciatur corpus. Ultimum eſt Frictio, dum ex Balneo redit, ſed fricetur prius bene cutis à vertice ad talum usque.

§ CCLXIV. Medicamenta ſunt Bardana cum Foliis, Rad. Chinæ, Lignum Guajacum, Buccinum,

Juni-

Juniperinum, trium Santalorum, Saſſaphras, Rad. Salſaparill., Taraxici, Fol. Trifolii Aquatici Europeani. Ex his omnibus fiat decoctum, vel ex his aliquot, prout libet, eligantur, et ſumantur magna copia. Pauperes ad ſolam Bardanam relegamus. Reliqua fiant ut prius per ſex aut octo ſeptimanas. Ergo initio non ſtatim infauſte mercurialibus juvenes torquere ſoleo, ſed ſi malum adhuc eſt, ut ante definivi, his cedet remediis.

§ CCLXXV. Medici erit ætatem, temperiem atque conſtitutionem ægri conſiderare, & talia adhibere medicamina, quæ integram curationem adferunt. Hinc abhorreo magnopere a perverſa & abſurda illa methodo, qua hos ægros caſtrare ſolent; æger tum enim conſtanti animo fert omnia, quæ a talibus Agyrtis proponuntur.

§ CCLXXVI. Signum, quod hoc malum curatum ſit per hanc curam, eſt, quod ulcera bona cicatrice ſanentur, non repullulent, & liberaliori victu admiſſo, nil ſentiant mali. Si vero in omnibus locis non exſtirpaveris hoc malum, palliativa tantum erit cura, ſi tum liberius mero, commeſſationibusque indulgeant, recrudeſcit malum, ſi ulcus, quod ſymptoma habuit puris venerei, incipit gignere pus ex ſimplici ulcere quaſi natum, & cicatricem efficit non adeo ichoroſam quamvis a naturali cicatrice quodammodo abeuntem, tunc non ſumus certi de veneni exſtirpatione.

§ CCLXXVII. Qui igitur hac ratione curatus fuerit, prudenter moneatur, ut, ſi ſponte vel ſua culpa ſe manifeſtent ſymptomata, illum adeat Medicum, à quo ante curatus eſt: nam ſi hoc negligat, & per menſes exſpectet, ſtatim redibit aliquod non exſpectatum. Exempla vidi multa, ubi per annos exſpectavère, malum tum præ pudore vetus accuſant, ſed re examinata, ſemper inventi ſunt operam Veneri rurſus dediſſe.

METHODUS SECUNDA.

§ CCLXXVIII. Et ſi priori methodo exſtirpari nequeat, tum media valentiora adhibeantur, quæ totum oleum redigunt in liquorem meabilem, & vi à centro mota longè valentiori, quam in priori methodo, expellant. Cardo in eo verſatur, ut Medicus certus ſit nil remanſiſſe de veteribus venenis in humoribus, quod vero ſciri nequit, niſi corpus redegerit ad emaciationem ſummam, & poſtea per reſtaurationem humores corpori reddiderit. In hoc etiam ſollicitiſſima cura, an ultimum devictum ſit, hoc enim non facto, & æger inſtar ſceleti emaciatus ulteriori & pleniori victu uti incipit, virus iterum ſe inſinuat.

§ CCLXXIX. Si oleoſum medulloſum intus hæret in imis receſſubus oſſium vix ex eo expellet vis emacians, hinc difficile hoc ultimum ſolvitur, adeoque cum difficultate ſanari poſſunt, nam homines quamdiu curantur, ſani eſſe videntur, quoniam tunc emaciantur, ſed ſi oleum redit, virus quoque revertitur.

§ CCLXXX. Bonetus *in Tractatu Tabidorum*, ubi de venerea lue ſcribit, memorat, quamdiu Homines ex mera aqua ſanguinem habent, ſunt ſani, ſi vero carnes, juſcula, & ova commedunt, malum redit.

§ CCLXXXI. Expertus ſum, quod duo tantum ſint media, Lignum ſcilicet Guajacum & Mercurius. Paracelsus tam mirabiles præſtitit curationes ex Ligno Ebeno, Ligno Indico, quod hodiedum Lignum Guajacum eſt, contra quod diſputant alii, qui illud hoc non facere poſſe contendunt. Argentum Vivum & vegetabile adhibentur, ut purgetur corpus, & ſudor expellatur, unde inter metalla unicus Mercurius hoc præſtat. Niſi purgatio omne malum ſolverit, recidiva metuenda eſt, ſed quis ſemper cruciare vellet ægros hacce methodo? qui ergo

ergo per haſce Methodos intendit, niſi bonitas Aëris & conſtitutio corporis adhuc ſufficiens ſuccurrerit, non curabit. Hinc verum eſt illud, quod Medici Monſpelienſes per ſuas purgationes efficere affirmant, & hinc nunc didici, nullum vegetabile vel foſſile poſſe eradicare Luem Veneream, niſi prius per purgans vel ſudores vel ſalivationem ſolverint humores. Nil ergo refert, quibuscunque mediis curam inſtituam, tantum vis vitæ ſupereſt, ſed ſi hæc deëſt, totos prius impendi menſes alendo corpus, antequam curam adierim, nam tantum nauſeam illa purgantia cauſant, & ſi etiam infirmi velint ea aſſumere, tamen Ventriculus reſiſtit.

§ CCLXXXII. Curatio morbi eſt, quæ ab Italis vocatur exſiccatio, quæ fit vel per ſudores, vel per ptyalismum mihi cognita. Ægrotantis corpus debet habere vires idoneas ad ſuſtinendam hanc curam, nam robuſtiſſimum corpus adeo diſſolutum, & perſpirabile, reddi debet, ut ſanguis ſit quaſi merum decoctum Ligni Guajaci. Si nunc viſcera, ut Ventriculus, Pulmo, Hepar, ſic corrupta ſunt, ut ſuſtinere non poſſint actiones remediorum, quid boni inde ſperari poſſint, quisque facile videt. Si tamen æger curatione eget, ſuadeo curam lacteam cum pane quotidie per aliquot ſeptimanas. Balnea, frictiones, ter de die, exercitationes, paucum vini Canarienſis, quia hoc cum lacte non coagulatur, hac quadruplici Medicina moderate cogor implere corpus, non verò jusculis reſarcire. Corpus ergo ſatis firmum aptumque huic curæ committendum, tempus ab omni negotio liberum ſex ſeptimanarum deſtinandum. Si hocce ſpatium temporis recuſent, cura non incipienda, nam ut toties dixi, corpus emaciandum, tum toto hoc tempore noctes diesque in aëre valde calido ad Thermometrum deſignato permanere debent infecti: qui hoc ſedulo obſervat, morbum ſuperabit. Æſtivo tempore aër ſit 70. graduum,

duum, ſi calor æſtatis adhuc gradum aſcenderit non minuendus, ſed ſervandus; in hyeme ad 60. gradus ſit, ut Medicus cubiculum ingrediens diu ferre poſſit. Si gelu ſummum, augere calorem non licet, ſed diminuere. Feneſtræ cubiculi non Boream, ſed Auſtrum ſpectent. Caminus ſit bene clauſus, æger abſtineat ab omni potu fermentato, bibat Ptiſanam Hordei vel Avenæ cum Sero Lactis bis preſſo de die, quia alias in calore aceſcit, Paſſulæ Minores cum acidulis poſſunt incoqui, & ſimul aliquid Ligni Santali cnm pauxillo Corticis Citri pro ſapore addi, cum ſero Lactis verò admiſceatur pauxillum Olei Macis, ut diarrhoea, quæ Serum Lactis ſequitur, temperetur. Non utatur cibis pinguibus & putreſcentibus, Cerealia omnia farinoſa cum aqua & pauco ſaccharo cocta ſufficiunt, Pruna, Pyra, Poma non auſtera, Paſſulæ Minores proſunt, Panis biſcoctus cum Uvis Corynthiacis & Ficubus coctus optimum, quod Huttenius commendat, & quod Amſtelodamenſes Medicaſtri in hoc malo celebres adhibent, additur aliquid Nucis Myriſticæ & Croci, Panis Biſcoctus quoque, quia aliquid ſtabile dat ventriculo. Ne diarrhœa ſequatur, vitandi Fructus Horæi, Fraga tamen Ceraſa & Mori non obſunt, modo dentur cum multo pane, ne diarrhoea excitetur. Lac ſincerum prohibetur, quia nimis pingue, ſed defloratum adhuc conceditur. Carnes, Piſces, Ova, vitanda, quia copioſiſſimum in his eſt oleum ad putrefactionem pronum. Exercitatio & frictio in loco arcto in hoc morbo mirum quid efficiunt.

§ CCLXXXIII. Jam paretur medicamentum ex Ligno Guajaco viridiſſimo, quod ſolidum, denſum, præditum colore nigricante, ponderoſiſſimo, quia majorem materiæ medicatæ copiam in eo decumbere indicatur, cortici proximo, quod minus flavum, non carioſum; cortex ſi haberi poteſt optimus, lignum redigatur in Scobem vel Raſuram, ſumantur

Un-

Unciæ quinque vel octo, Aquæ Libræ Octo, coquantur in vaſe clauſo per 12. horas, affundatur omni hora, ſi exhalet, aqua nova, poſt per manicam Hippocratis trajice, reſiduum cum Libris octo Aquæ coquatur iterum, hoc reſiduum ſecundum decoctum ad curam quoque pertinet & pro potu quotidiano utitur.

CURATIONIS DIRECTIO.

§ CCLXXXIV. Bibat omni mane hora 6. & veſperi 7 Uncias xxv. hujus primi Decocti, quod infeſtat quidem fauces in initio, ſed tertia die plerumque abire ſolet, poſt non diſplicet potus, ſi vero nimis diſpliceret, edant ficus & paſſulas, poſtea omni hora diei bibat decoctum ſecundum pro potu ordinario & quotidiano, & recludatur in cubiculo ad octiduum, nullo adhuc excitato ſudore, nam corpus prius redigatur hydropicum, in eo enim poſtea conſiſtit expulſio ſudoris, quia humores in aquam quaſi ſint converſi. Si verò homines exponuntur accenſo Spiritui Vini, tunc prius ſudor venit. Antequam ſecundus Curationis modus ſequitur, per hæc decocta in motum eſt redigendum corpus, ut ingens ſudoris copia exprimatur, hoc fit ita, ut æger ferre poſſit, ſic per unam & alteram diem factum ſtragulis tegendus eſt æger & bene depurandus.

§ CCLXXXV. Sudatio ſub craticula vel ſiſtella inſtituenda eſt hac methodo; quod camera nunquam adeo ſit calefacienda, quin libere ſudet, nam Pulmo cæteroquin afficeretur, Hinc præparetur ſellula lignea, priſmatica, quadrata, ut ſedens corpus usque ad collum tectum hæreat capite aperto; tum ſumatur vaſculum ex ære confectum ſex digitorum altitudinis, duorum cum ſemiſſe latitudinis in diametro, in hoc calefactum mittatur ſpiritus vini ad pollicis ſpatium, cura verò maximè adhibenda, ne vaſculum cadat; hinc baſis vaſculi in aliud retinaculum immittatur, ne cadere poſſit, vel cadat ex manu artificis

ob calorem, alias enim hominem combureret, poſt incendatur Spiritus Vini calefactus prius, antequam homo in illo balneo hæreat, tum fit illa incenſione ex hoc Spiritu Vini Alcohol in vaporem tenuiſſimum mutatum, qui penetrantiſſimus eſt, & corpus adeo laxat, ut omnia è corpore elicere poſſis: homo tum incipit anhelare, ſed quia caput in aëre hæret, non nocet, hæreat ſic una vice de die in ciſtella, tempus, quamdiu hærere debeat, determinari non poteſt. Medicus adſtans Carotidis pulſum tentans omnia dirigere debet, plerumque tamen manet ad ſemi quadrantem, poſt in lectum prius calefactum per duas horas exponitur. Ponatur quoque in lectum poſt potum Decocti, tunc ex trochis ligneis facta craticula, quarum tres ſunt, hiſce ſupponitur infundibulum, cujus infundibuli tubus debet dirigi extra januam, & intra hoc infundibulum ponitur illud vaſculum per transverſum, craticula hæc ſupra brachia ponatur, ne ſtragula corpus tangant, priusquam deſcriptum vas cum Spiritu Vini per infundibulum reponatur, tum incendatur, ut ſic ſudet, quando jam ſatis ſudavit, deponantur craticulæ, & tegatur linteis. Vi terebinthinacea Ligni incidentiſſima totam hanc ſudationem fieri conſtat.

§ CCLXXXVI. Hàc ergo methodo ſi ſudor deſinere incipit, tum pauxillum juris carnium cum Pane ſecalino toſto aut unum cochlear Vini Rhenani ad refocillationem exhibeatur ægro. Cum per 12 dies curam hanc ſuſtinuerit æger, mane & vesperi incipiat ſudare, ſumat mane decoctum primum, & omni ſecunda veſperi decoctum ſecundum, ſudet & detergeatur, dormiat noctu, unde aegri ſummopere debilitantur. Poſtquam ſudarunt, & deterſi ſunt, ſumant vinum vel pauxillum panis. Continuatur haec ſecunda methodus in morbo deſperato per tres vel quatuor hebdomadas, poſt per ſeptimanam ſemel in die ſudet, & tunc abſoluta eſt cura. Aſſedi ſaepe integris horis, & vidi tanta vi fundi humores, excitari febrem,

&

& enormem impetum ad exteriora, ut ulcera in fronte per Lignum Guajacum elevarentur, & facta ſeparatione homines ſanatos fuiſſe.

§ CCLXXXVII. Quando malum venereum pinguedini Oſſium inhærens Mercurium non admittebat, hac methodo Curationem inſtitui; nam Mercurius huc delatus hæret tantum in pinguedine tanquam in pixide, & ſic tota vita ibi hærere debet, ut experimentis conſtat. Cavete ne unquam ſiccis corporibus hanc preſſionem & exſiccationem commendetis, nam circulatione nimis aucta in interioribus tanta evacuatio fit, ut poſtea nil applicari poſſit. Ergo corpora ſint robuſta & prius humectata & quaſi hydropica facta. Si dolores nocturni receſſerint, tumores imminent, cavendum ne pinguem diætam aſſueſcant, quia iterum redire poteſt malum illud venereum.

§ CCLXXXVIII. Hæc methodus omnium pulcherrima ſanare ſolet, ubi ad oſſa tenuiſſima malum hæret, ut ad maxillam ſuperiorem, ſinus frontales, ſphoenoidales & oſſa vomeris, quatuor oſſa ſpongioſa, ſeptum medium narium, Palati oſſa, ad quæ loca virus pervenit ſubreptans foramina oleoſa, cryptoſa. Si vero perioſtium ſit eroſum, os omni vitæ ſuſtentaculo caret, ut os ſpongioſum naſi, quod ſubtiliſſimo perioſtio tegitur; hinc hac particula deſtructa collabuntur, ac ſi eſſent cineres; humor verò ſemper abluens evadit acris, erodit oſſa, unde foetor immanis. Eant jam jactatores, qui curam ſuffumigiis promittunt, ſed quoniam tamen fluxus humorum mucilaginoſorum huc vergit, in callum abeunt, dein ſtagnat liquor, hinc horrenda & maxime abominalia oriuntur ſymptomata. Si ergo Perioſtium ſemel eſt ſeparatum à ſuo corpore, tum os ipſum jam eſt deſtructum. Oſſicula ſuturis committuntur præter perioſtium, ut ſunt oſſa, quæ orbitam narium conſtituunt, & quia per harmoniam con-

juncta ſunt, tempore delentur, unde quæſtio oritur quousque ſanatio promittenda?

§ CCLXXXIX. In antecedente paragrapho jam monui, ſi oſſa perioſtio ſunt orbata, omni vitæ ſuſtentaculo carent, & cinerum inſtar particulæ deſtructæ collabuntur. Hinc ſi nunc unum os naſi V. Gr. ſiniſtrum ſuo perioſtio non eſt orbatum, per hanc methodum omne id, quod vaſculoſum eſt, curare potes, ſed ſi alterum perioſtio eſt orbatum, illud os nunquam curabis. Illa tamen oſſa, quæ plures lamellas habent, poſſunt reparari, dum lamellæ illæ corruptæ vi vitali ſeparantur.

§ CCXC. Si locus quidam peſſime ſit affectus, bractea huic proximo circumponatur, & Epithema per ſpongioſum pannum applicetur, bene agat, ut ſi Os Tibiæ ingentem exoſtoſin habet, applicando quam proximé vaporem ex alcoholi, & ante ſudationem decoctum fortiſſimum applicari debet, ut tempore ſudationis magis attrahat. Hac methodo curavi aliquando Paralyticos, quæ affectio eſt in nervis, muſculis, ligamentis, quando hoc Decoctum Ligni Guajaci, licet nulla ſit Lues, optimum eſt, legite HUTTEN, qui, adhibitis pluribus medicaminibus nil valentibus, tamen per Ligni, Guajaci potum curam optime inſtituit. Defeci in hac curatione, ſi virus usque ad oſſa craſſiora in ipſa medulla hæreat, & corpora ſint debilia.

§ CCXCI. Tota curatione ulcera externa ſananda non ſunt, niſi circumponi poſſit Emplaſtrum Diapompholigos, ſed tempore deſumantur.

DE PTYALISMO.

§ CCXCII. Ne in nimiam molem hic tractatus excreſceret, & B. L. tædium afferre videar, cætera, quæ adhuc reſtant, breviter per Aphoriſmos tantum abſolvam.

1. Vires

1.

§ CCXCIII. Vires requiruntur fortes, ut hanc methodum ferre poſſint. Hinc ſi corpora labefactata & exhauſta ſunt, in hac cura moriuntur. Si ergo deſint vires, pro deſperato non ablegandus, tentandum eo usque, quo usque poſſit ferre. Balneo ergo, frictione, aëre ruſticano blando, vectione, diæta firmentur vires. Si verò vires reſici non poſſint, cura non inſtituenda.

2.

Aër ſit calidus, quo calidior, eo potentior Mercurii vis, ſed erit quoque periculoſior. Quando corpus per Mercurium in actum deducitur; quam felix Cura. Si aër externus ſit juſte calidus, citius ſanantur, cum calor externus febrim poſſit excitare, ſupplet quoque internum; hinc Mercurius ſolvit & putreſacit.

3.

Abſtinentia ut prius.

4.

Potus & diæta ut prius.

5.

Frictiones fiant, quæ omnium pulcherrimæ ſunt, hæreat tamen in Balneo vaporis per aliquot horas, & in illo fricetur.

6.

Si valde juvenis, plethoricus, æſtus ſummus, ſanguinis aliquid mittatur, quia febricitat æger. In initio Curæ hæmorrhagiæ interdum enormes oriuntur, hinc priusquam vaſa magna vi infeſtemus, humectando ad vim Mercurii ferendam ſunt diſponenda.

§ CCXCIV. Antequam Mercurius detur omne ſtercus ex inteſtinis educatur, hinc Manna, Caſſia, porrigatur, ſed ſi feſtinandum ſit, ut ptyalismus producatur, Clyſmata omni quadrihorio de die injiciantur. Omnis effectus Mercurii Vivi eſt putrificare. Si ergo ſponte jam corpus inclinet ad putreſactionem,

& Mercurius accedat, totum corpus hinc putrefacit, ut etiam humores in eandem vergant. Si ergo corpus ſic eſt præmunitum, ut cum vis putrefactionis pendeat ſolum ab ingeſtis, nihil aliud eſt adhibendum, quam diæta ſola, hinc Clyſmata & medicamenta antiſeptica præoccupantia putredinem ſuadentur: Antiſeptica adhiberi poterunt, ſi corpus ſcorbuticum inveniatur, omnium verò maximè ſi ulcera interna ſunt, tum adhibentur neceſſario. Nunquam autem pejus agit Mercurius, quam in corpore Melancholico. In ſcorbuto ſæpe ptyaliſmum excitant Medici, ſed caveant ſibi Juniores, nam hoc in morbo vaſa tam laxa ſunt, ut ſtatim fundant ſanguinem.

§ CCXCV. Eligi poſſunt Radices Eryngii, Sarſaparillæ, Stipites Dulcamaræ, ex quibus fiat Decoctum æquans ſpiſſitudinem Lactis, de quo omni hora æger Unciam capiat, & hoc continuetur tota illa ſeptimana, quæ ad corpus præparandum impenditur, nec male feret æger, ſi ſe committat balneo per horæ quadrantem. Induſium per totum curationis tempus, ut & lintea lecto deſtinata novis non ſunt commutanda.

§ CCXCVI. Principes Viri fingunt interdum ſe habere Luem Veneream, cujus tamen nil ſubeſt, ne Medicus illos negligere videatur, debet porrigere Maſtichen vel Radicem Pyrethri ad maſticandum, quæ ſalivationem efficit, ſed nihil ad ejuſmodi curam mali gignit. Mercurius nunquam ſalivationem parat, niſi intra corpus aſſumatur, aut externe applicetur, ut per poros intrare & ſanguini miſceri poſſit. Ergo ſi vires adſint, eo usque dari debet, donec dolentem illam Salivationem ſat diuturnam, (alias non curatur) fecerit, & tamdiu porrigi debet, donec omnes humores infarcti infectique ſint, tum ſoluti omne venenum ex corpore auferunt. Solus Mercurius in

ſerum Natura eſt notus, qui curat Luem Veneream, præter Curam ſupra dictam. Evolvendo omnes Auctores tam Chemicos quàm alios, nullum, ſi in aliam inciderunt opinionem, habuere effectum.

§ CCXCVII. In ſupplemento addimus, quod Mercurius quocunque modo, & quo loco applicatus, corpori immiſſus illud efficiat, quod Curationis ſcopus requirit. Notetur verò quod inprudenter adhibitus, hoc eſt, ſi Homo vel Medicus neſciverit, quot Gradus aſcenderit, Pulmones & Venas bibulas intret, unde infauſta mala oriuntur. Foetor ingens hac ſalivatione excitatur, ſed non credo hunc pendere à Lue Venerea, ſed excitari à Mercurio, uti patet in illis, qui imprudenter Mercurialia ingurgitarunt, vel externe applicarunt, adeo ut ſalivatio ſequatur, in his dico, foetor ſalivæ quoque animadvertitur.

§ CCXCVIII. Mercurius crudus externe applicatus ſub forma vaporis ſpeciem ſalivationis excitabit, ut ſi homo ſuper Amalgama Mercurii manus in æſtate calefactas diu teneat, morbum habebit, quem nemo ſciet, & eſt vera ſalivatio. Idem præſtat in Unguentis V. Gr. ad Scabiem & in Emplaſtris, ut in Empl. de Ranis cum Mercurio Vigonis.

§ CCXCIX. Mercurius crudus in Pilulis Barbaroſſæ Medici inſignis, quæ ita componuntur, ſi quis Dragmam Mercurii cum Terebinthina ſumpſit, & ſic ſubactum cum pauco Galbano redegit in Pilulas, ſalivationem promovet. Si verò crudus in corpus ingeratur Mercurius, ſtatim immutatus per alvum exit. Salivationem quoque non efficit, ſi rebus immiſceatur, quae ipſi fluiditatem demunt, ut Cinnabaris, ſi deglutiatur, Sulphur, quod ineſt, Salivationem non excitabit, ſed impediet, dematur Sulphur, ſtatim aget. Unde Stertores, Jactatores, Medicaſtri Cinnabarim igne ſolvunt, Sulphur comburunt, et cum illo reſiduo tanta poſtea miracula ef-

ſiciunt ſtulta. Nam ſemper Sulphure combuſto aget Mercurius Præcipitatus, quod VIGO primus invenit, unde pulvis hic nomine ejus inſignitur, & PULVIS VIGONIS vocatur. Hic fit ab una parte Mercurii, & ſesqui altera parte Spiritus Nitri, deſtilla in initio ex furno ligneo igne leni ex retorta, poſtea pone retortam in furno arenae, & urge ignem, donec fumi ruberrimi non magis exeant, unde fit coccinei coloris, poſtea exime, fracta retorta, maſſam ruberrimam, quæ eſt Mercurius præcipitatus ruber, vide *Chemiæ Proceſſum* CXCVII. Hoc ſic praecipitatum ſolet agere vigeſima parte eadem efficacia, qua Mercurius crudus, ſed tamen excitat ptyaliſmum. PARACELSUS in Tractatu *de Morte Rerum* dicit; accipe pulverem Vigonis, & urge in igne, habebis Corrallatum, poſtea in aqua albuminis ovorum dulcedinem ipſi para. In ſuo *Noſocomio* dicit, quod pulvis Vigonis cum Oleo Vitrioli debeat praeparari, ſed ſi hoc accedit, fit Turbith Minerale, nam acidum expellebat & mitificabat Spiritu Vini: hinc dubitatur an illum pulverem igneum vellet intelligere, quem HELMONTIUS negat, dixit Vitriolum Elementum pulveris non eſſe.

§ CCC. Nil refert, quomodo Mercurius ingeratur in ſanguinem ad ſalivationem excitandam, agit tantummodo ut Argentum Vivum; ſed monui hoc, quod Mercurii, ſi talibus corporibus permiscetur, vim obtundunt, quæ ejus naturam auferunt, poteſtates illae fixæ ſingulare aliquid ſolvens retinent, & tum illud fixans nullo modo ſalivationem producet, talia vero fixantia ſunt Sulphur & Aurum.

§ CCCI. Qæritur quousque Æthiops Mineralis agere poſſit? & ſi Mercurius ſalibus admixtus ſalivationem procreet? Mercurius à nullo ſale attingitur, niſi ab acidis. Argentum Vivum ſine ullo corroſivo commutavi in corpus ruberrimum, penetrantiſſimum,

val-

valde acre, ſine ullo adjuncto. Huic mutato corpori inhæret latens materia, & dum extravertitur, procedit ſulphur internum. Sulphure illo expulſo Mercurius ab aqua forti non attingitur, neque ab ullo ut ſale, ut Philoſophi profitentur. Æthiops Mineralis vero ſalivationem non ciet, quia in ſanguinem venire non poteſt.

§ CCCII. Mercurium Venalem, quem Societas Amſtelodamenſis ex fodinis Imperatoris Romani in Sileſia ſitis habet, non deprehendi ullum ſecum habere metallum, ſed puriſſimum eſſe inveni. Apponatur huic ſesqui altera pars Spiritus Nitri, (hic Spiritus Nitri Veterum non eſt, qui in Spiritum Vini mutari poteſt,) qui Mercurium ſic ſecum fixat, ut 600. graduum ignem ſine ulla abolitione ſuſtineat; qui Spiritus Nitri tamen adeo volatilis eſt, ut ex vitro avolet.

§ CCCIII. Helmontius dicit: Spiritus Nitri agens in Mercurium ejus nucleum attingere non poteſt, ſed ſulphur inſeparabile alias extravertit, & viſibile reddit; hinc quanto plus ſulphuris abſtuleris à Mercurio, tantò puriorem illum reddideris. Hinc ſi Grana LX. prius, cum ſulphur adhuc ineſſet, requirerentur ad ptyaliſmum promovendum jam eo depurato & infixato VII. vel VIII. Grana ſufficiunt. Hinc ſi affundatur Oleum Vitrioli, quod omne fixatum deſtructo corpore excutit, ejus locum occupat, & illud præſtat officium, quod prius præſtabat.

§ CCCIV. Spiritus Nitri, qui fixus eſt in Mercurio, prius ignem 60 graduum ſuſtinuit, jam 90 gradibus appoſitis avolat, pulveremque album relinquit, qui fixior adhuc eſt Mercurio. Virtus hujus pulveris eſt indomabilis, ut ſi quis unum Granum hujus pulveris exhiberet, totum corpus ſolveret, ut ungues deciderent. Si aquam affundas, citrinum accipit colorem, & vocatur Turbith, quod in o-

mni effectu Mercuriali plus operatur; ſed ſi hos pulveres deſtillando cum aceto miſceas, omne acetum avolabit.

§ CCCV. Mercurius Corroſivus ſummum illud venenum eſt, quod excogitari poſſit, ſed tamen remedium quoque maximum, ejus præparatione ſumitur Mercurius in Aqua Forti ſolutus, inſpiſſatur in maſſam ſiccam. Admiſceantur Sal Marinus decrepitatus & Vitriolum ad albedinem calcinatum āā ad Uncias x., quæ ſeorſum diu & fortititer conterantur, miſceantur inter ſe, & admiſceatur quam accuratiſſime Mercurii ſelibra in Aquâ Forti ſoluta, & in maſſam albam inſpiſſata, & immittatur pulvis phialæ vitreæ, tum igne leniſſimo exhalat vapor, igne gradatim aucto, Mercurius ſublimatus corroſivus elevatur ad latera in criſtallos albas, ſemipellucidas. Vide *Proceſſ.* cxcviii. *Chemiæ.* & cujus uſum prout ibidem deſcriptum hic ſubjungam.

Mercurius albus ille Aquam Fortem tenet ſibi affixam; calx alba Chalcanthi Sali Marino miſta aggreditur hunc ſalem, ut expellat ejus ſpiritum Salis Marini. Dum hæc ſimul agunt in Mercurium vi ignis, tunc fit ex ſpiritu Nitri, qui in Mercurio, & ſpiritu Salis Marini per acidum Vitrioli excitato, Aqua Regia. Hujus phlegma igne primo leni diſſlatur. Pars acida aquae Regiæ meraca unitur Mercurio metallico, hunc rodit, ſed aqua hæc Regia naturæ eſt Salis Marini. Salis Marini ſpiritus, non ut Nitri ſpiritus figit Argentum vivum, ſed potius ſemivolatile illud reddit: hinc Mercurius hic ſublimatur. Eſtque verum Vitriolum Argenti Vivi ſolidum, ſiccum, in aere ipſo ſatis conſtans. Baſis hujus Vitrioli Argentum Vivum puriſſimum, altera pars eſt ſpiritus Salis Marini omnium meraciſſimus, qui ulla arte fieri poteſt, hic forma ſolida exſiſtens. Intuitu hujus ſpiritus Acidi Salis Marini hic eſt Lapis infernalis Mercurii, omnium potentiſſimus corroſivus, qui omnes partes vivas animalium, quas attingit, qua tangit, convertit in eſcharam cito

to lapſuram. Hinc conſumat pertinaciſſimos callos in ulceribus, verrucas, glandulas induratas. Rem novit magnus Chirurgus JOANNES A VIGO in componendis Trochiſcis de Minio, remedio incomparabili conſumendis per eradicationem ſuppurantem Scrofulis. Sapor hujus Vitrioli terribilis auſterus. Granum unum aquae Uncia dilutum dat remedium coſmeticum prudenter uſurpantibus. Venenum omnium inſectorum cutaneorum ſimplici lotura. Si drachma talis miſturae, Syrupo Violaceo mitificata, potatur bis, terve, in die, mira praeſtat in multis morbis incurabilibus. At prudenter a prudente Medico! Abſtine, ſi methodum neſcis! Mercurius hic miſtus metallis, ſemimetallis, pulcherrima præſtat, & inimitabilia, & quidem quod miretur Chemicus, ipſum Argentum mirifice mutat. Vid. BOYL. *Orig. Form. pag.* 196. *ad* 203. Certe Mercurius hic ſublimatus corroſivus clavis eſt Chemicis, infinitis reſerandis propria; ejus ope & argenti forte pro parte quid in aurum, prius non repertum, vertitur. Vid Proceſſ. 186. in Uſu. Hinc & paratur Menſtruum peracutum BOYLEI, & alia. Nullum poenitebit Chemicum impenſae Mercurio huic ſublimato operæ. Vos cernitis Aquam Regiam ſolvere Mercurium pulchrius, quam ulla Aqua Fortis poteſt, ſi prius in Aqua Forti ſolutus. Spiritum Salis ſublimare cum a ſpiritu Nitri fixatum prius. Sublima Mercurium hunc, conſilio BOYLEI cum pari Sale Ammoniaco; Sal erit mirabilis.

§ CCCVI. Si Mercurius Dulcis cum novo Mercurio conteratur, donec reliqua Mercurii pars non extinguatur, oritur Panacea Monſpelienſis nugaciſſima, nam Uncia Semis debet dari, priusquam ptyaliſmum excitet, non curat, niſi tanta detur copia, vel ſit tam acris, ut ſalivatio ſequatur; hinc ſi illi ſine ſalivatione curare poſſunt, felices exclamo, petoque, ut publico conſulant, ſed latet anguis in herba,

ba, & lucrandi cauſa inſulſa, nova, ab iis ſunt inventa. Omnibus, quibus ſalivatio per priora excitari poteſt, ſanationis ſpes eſt prædicenda; ſi quoque ſalivatio non ſequatur, ſanatio erit nulla. Hinc Mercurius Vivus, qui omnium maxime corpus enervat, applicari debet: ergo proximus character in Mercurio Vivo tutiſſimus, nam oportet curare prudenter, & non in caſſum. Si frictiones exterius adhibeo, tunc Mercurius nimis cito corpus tranſit; itaque debeo ſcire, quantum dederim, ne noceat; quo minimo pretio me poſſim a malo liberare, facere debeo.

§ CCCVII. Salivatio ita inſtituatur, ut humores reddantur fluidiſſimi. Si verò per decocta prius curatus, vel per debilitatem ſanguinis per antea adhibitam ſalivationem ſe novæ Curæ velit committere ægrotus, tum ſalivatio excitari non poteſt. Homines, quos per Decocta curare prius neceſſitas ſuaſit, poſtea per fumigationes ſalivationem experiri non potuerunt, & tantum, ut vera confitear, ac ſi pixidem ligneam fricarem. Si ſalivatio ſæpius prægreſſa fuerit, excitari quoque non poterit, videatur LEMERI *in Actis Pariſinis*, qui narrat hominem adeo Naturam in aſſumendo quotidie Mercurio coëgiſſe, ut poſtea ac cibo illo uteretur ſine ullo damno, & illi, qui in auri fodinis laborant, adeo aſſueſcunt Mercurio, ut nunquam ſalivationis in iis procurare poſſes, ſed ab illo potius lenta emaciatione moriuntur. Ingeſſi ſæpius tanta copia, ut mirabile dictu, tamen effeci nihil, & ulcera manebant. Hinc, ſi talia ſunt prægreſſa, non ſemper ſanat. Vide SYDENHAMUM.

§ CCCVIII. Ergo Mercurius Vivus ad ſanitatem ptyaliſmum requirit, unde tempori inſerviendum, ætati, & ordini. Jam dixi, qua forma, quo modo fiat, dummodo ſalivatio excitetur, hinc debemus eligere illum, qui poſt operationem debilitat & enervat. Primus erit Mercurii character, ut tuto

il-

llum in omnibus adhibere non poſſimus; hinc doleo quod Medici Brittannici omni corpore juvenili ſtatim ingerant Mercurium. Nunqnam itaque debetis eo uti, niſi ſeros inſpexeritis annos. Tutiſſime ergo agendum, ſi per os ingeratur, quia frictiones dirigere non poſſum, nam ſæpe citius, quàm optarem, extra corpus avolat. Suffumigationes quoque ſecundum voluntatem inſtituere non poſſumus, hinc Mercurius ſæpe Pulmones adit, & Sinus Frontales. Minima quoque datur doſis, alias enim deſtruit corpus. Hæc præmiſſa vobis indicant, quid in hac laborioſa Cura faciendum ſit.

§ CCCIX. Qui Mercurium ob illam cauſam laudat, quod ſalivationem non excitet, juſte refutandus. Hinc per panaceam Monſpelienſem, quæ eſt Mercurius Dulcis undecies ſublimatus, & Æthiopem Mineralem, quia ſalivatio has non ſequitur, non inſtituite Curam, neque credite arcana iſta eſſe, ſed mera figmenta. Nobis ſufficit, quod Mercurius albus vel vulgaris fixus præ omnibus laborioſis remediis & præ omnibus ſuffumigationibus eſt æſtimandus, & qui per hunc Curam finire non poteſt, per inunctiones, ſuffumigationes, niſi, quod excipio, adſit idioſyncraſia, nil efficiet.

§ CCCX. Æger in loco clauſo deſtinato induat veſtes, quas per totum ſalivationis tempus retinere debet, braccas ex lana puras, ne fætorem contrahant. Tunica ſit cameralis. Caput & tota frons cum ſumma cura tegatur, ſed collum, cervix, oculi & naſus non ſint tecta, & promineant in loco calido, caput autem quam maximè reconditum ſit, ne Aër externus accedat. Nullum Ego adhuc tali methodo & obſervatione curatum perdidi, ubi è contrario de Medico quodam hiſtoria narratur, quod coemeterii terram ultra pedem Rhinlandicum deviaſſet per Mercurium ab eo malè exhibitum defunctis ibi reconditis. Acre, quod Mercurium comitatur, vitandum, nam partes in corpore deſtruit. § CCCXI.

§ CCCXI. Mercurius præcipitatus albus propria manu rite præparatus ſequenti modo fiat, & cujus hæc ſit deſcriptio, limpido illi & pellucido liquori ex ſolutione Mercurii cum Aqua Forti parato additur aquæ puræ dupla quantitas, & guttatim ſalis Marini myria affunditur, mox turbatur liquor, & fit albus, opacus, ſub forma pulveris albi: pulverem tum album ad fundum demittit, & liquor limpidus ſupernatat, qui effunditur, & reſiduum, quod ad fundum vaſis remanet, per colum chartaceum ſeparatur, affunditur tum aqua calida, donec non amplius pulvere tingatur, nec aqua ſit acida, ſed maneat, ut ante fuit. Mercurius tali modo rite præparatus, eſt forte optimum Mercuriale remedium, & ſi cum triplo Sacchari albiſſimi teritur, omnium Mercurialium veroſimiliter eſt panacea Mercurialis. Sumatur hujus pulveris Dragma Semis, Sacchari puriſſimi Dragma Una & ſemis, tundatur piſtillo ligneo, & dividatur in XIII. partes æquales, detur talis pulvis aliquoties ſemel quotidie, blande ſalivationem ciet. Hoc non cedit ullo alio remedio. Vel Mercurii Dulcis Dragma Semis, Sacchari puriſſimi Dragma. I. teratur in pulverem ſubtiliſſimum, & dividatur in IV. doſes, hoc non multum á praecedenti differt; hæc bina non vidi defeciſſe, ubi morbus ſanabilis. Hinc homini in tali aëre, ut ante dixi, & veſtimentis induto, una doſis mane hora ſexta detur, præſtantiſſimos inde habebit effectus, & blande ſalivationem promovebit.

§ CCCXII. Poſt hæc ſumatur V. Gr. Turbith. Gr. II, quod in aqua pura ſolutum & igne leniſſimo inſpiſſatum exhiberi poteſt. Sumatur quoque Narcoticum Ex. Gr. Theriaca, per violentam enim diarrhæam aliter vis Mercurii expellitur, hoc Authores pauci obſervarunt. Quod PARACELSUS in parvo ejus Libro, dicto *Noſocomio*, deſcribit, ſuum Turbith perſpectum habuit. Hinc nullus prudens Medicus

ap-

applicat ſuum remedium, niſi etiam Theriaca ſumatur. Si nauſea, vomitus, tormina, alvi fluxus ſuperveniant, compeſcendus eſt tumultus, aliter homines deficiunt. Poſt duas, tres, quatuorve doſes aſſumptas ſolet oriri intolerabilis moleſtia in Ventriculo, quaſi omnia faſtidioſa eſſent, huic datur Narcoticum illud, & Clyſma Seq. injiciatur

R. Terebinth. Venet. Unc. S.
Vitell. Ovi. N. II.

Subigantur exacte, ut tenacitas reſinoſa abeat, tum addantur

Theriac. Andromach. Unc. S.
Lact. Recent. Unc. VI.
Miſceantur & Fiat Injectio.

Purgentur ſic ad duos vel tres dies, tum plerumque ptyaliſmus ſequitur. Oritur his hominibus die primo, ſecundo, vel tertio febris calida, & pulſus eſt ſatis fortis, ſi non adeſt, anxietas & ſitis ſuperveniunt fere ſemper. Hinc ſtatim conſultiſſimum ut duae Unciae liquoris hic convenientis omni hora exexhibeantur, qui non repugnat actioni Mercurii, & qui lente ſupplementum ſupplet, ſcilicet ſumantur Paſſulæ exacinatæ & Hordeum, cum aqua puriſſima coquantur, ut Lactis recentis ſpiſſitudinem æquet, addatur Sacchari albiſſimi Q. V. ad gratam dulcedinem conciliandum. Hauriantur omni hora duæ Unciæ calidæ. Deprehendi enim ſemper magnas has moleſtias pendere, quia ſanguis nimis tenax eſt, & compactus; hinc antequam ſolvatur, oportet ita agere, ut corpus ferre poſſit.

§ CCCXIII. Poſt febriculam ſitimque toleratam ſequuntur indicia ptyaliſmi. In initio oritur cadaveroſus foetor & acris, quod ſignum nunquam fallit. Vi

di

di in Viro quodam, cui nihil ſimile aderat, ſed contra dolorem ſtomachi tabellas antihelminthicas ab Agyrta exhibitas fuiſſe, unde poſtea halitus foetidiſſimus in corpore ſaniſſimo, qui halitus eſt indicium ſanguinem ſolvi. Durat hic foetor, donec ptyaliſmus deſinat. Obſervatores affirmant pro vero, quod illi qui ſolidorum aliquid guſtant, moriantur, quod tamen non ſemper verum eſt, ſed caveant ſibi omnes & ſinguli, ne intra fauces aliquid demittant, quod difficilioris eſt concoctionis. Æternum eſt ſignum, quod dentes aſſurgant, & fauces rigeſcere incipiant, poſt tumeant, & gingivæ doleant, & quod cum tumore color rubicundus appareat. Nullum exemplum conſtat, quod ſaliva fluxerit ſine his ſignis prægresſis.

§ CCCXIV. Sal urinæ depuratus ab omni oleo foetorem non reddit, ergo foetor à reſolutione Olei ſeu Sulphuris, ut Chemici dicunt. Simul ac ſanguis diſſolvi incipit, inflammationes in toto corpore, quantum ſcimus, oriuntur, quæ homines occiderent, niſi ſemper potarent. Ulcera, quæ microscopio examinavi, apparent inflata, fundus ruberrimus; & hæc ſymptomata oriuntur, ſi calor oritur à Mercurio.

§ CCCXV. Oſſa et os dolent, & os ipſis eſt, ac ſi ignis expueretur. Tumet quoque os, quod horrendum aſpectu, Lingua æque ac reliquæ partes, & ſi dentes attigerit, oritur vacillatio, dolor, inflammatio. Fauces omnium peſſimè afficiuntur; nam omnes fere, qui in ptyaliſmo mortui ſunt, faucibus ſuffocatis occubuêre. Bucca, ubi dentes molares, & ductus ſalivales Stenoni exiſtunt, inflammantur quam maxime. Si Mercurius hac ſua vi verſus os non funditur, ibi quoque non agit, ſed verſus Ventriculum; unde nauſea. Labia & totus vultus in illis partibus, ubi Eryſipelas oriri ſolet, patiuntur in hoc caſu, tunc incipit tumenti ore undique proſilire.

lire humor, & cum homines circa fauces anxii ſint, nunquam fere expuunt, cum tamen interim ſponte effluat. Alvum, ſi cura bene procedit, non ſemel in ſeptimana deponunt. Ergo quod expuunt, ſanguis eſt in humorem mutatus. Si imminuatur ſputum, ſtatim Ulcera ſtant. Unde ſummopere Medico convenit, ut perpetuo ptyaliſmo vitæ vires ſervet.

§ CCCXVI. Salivatio in corpore ante ſano & humoribus puris ſatis repleto procedit per xxx. xxxviii. vel xl. dies, & plus ſolet excerni per xxiv. horas, quam in ſtatu naturali per xxiv. hebdomades. Interim ſuſtinendus eſt plus minus ptyaliſmus per xxx dies, ut 100. Libræ Medicæ expuantur. Si ſupputatur, quæ reſpectu humorum totius corporis ponatur excretio, tunc videtur, quod totum id, quod hæſit in pinguedine ſive oleo, ſecretum fuerit, nec unquam quid oleoſi inveniatur. Sed hoc non ſufficit, nam diutius debet durare ptyaliſmus, ne pingue oleoſum in vaſa iterum infundatur. Saliva enim potius ſecernitur à ſanguine veteri, & humoribus, quam à recentibus, quod patet, quia homo prius roſeus, ſanus ac recens apparet, poſtea pallet. Hinc per xxx. vel plures dies ſubinde utatur leni doſi Mercurii, ut veſtigia atque indicia leniſſimæ ſalivationis maneant,

§ CCCXVII. Quibusdam tertio vel quarto die oritur tumor, & exulceratio, & cito pereunt, ſi non bibant. Si Librae iii. vel iv. intra xxiv. horas exeunt, tunc xxx. dies ſufficiunt ad curationem. Signum eſt bonum atque laudabile perfecta evaneſcentia omnium ſymptomatum, quidquid ulceroſi oculis conſpicuum intra xxx. dies evaneſcit, exit rubrum, conglutinoſum, ita ut in tota hiſtoria curationis nunquam magis obſtupeſcas, vim Naturae tantum ſe præbere, quam in hoc caſu. Si ulcera ſuper oſſa hæſerint, Medici ſæpe falluntur, nam circa Velum pendulum videtur

os ſanum eſſe, tamen, per triginta dies ſalivatione adhibita, poſt tres hebdomadas redit malum ex malo non depurato. In tota cura nolim, ut Mercurius applicetur ad locum affectum, ut Chirurgi faciunt, cum Melle Roſarum & Mercurio Præcipitato Rubro, & non vident, quid mali forſan intus hæret, hinc potius ab interiori Cura Mercurii fiat, ut a corde verſus exteriora pellatur malum.

§ CCCXVIII. Si malum in locis hæret, ubi Mercurius tanta vi non agit, ut detergeat locum, tunc mala diatheſis manet, ut in Oſſe Palati ſit ulcus, ubi depaſtum eſt Velum pendulum, & ulcus originem duxit ex inſertione hujus oſſis, tum, quamvis ſalivatio per 40. dies continuata fuerit, non evaneſcit malum. Hinc ulceris parvus fomes ſi manet, eſt inſuperabilis.

§ CCCXIX. In Plethoricis, juvenilibus corporibus, ſi oritur tanta inflammatio & tumor, ut metus ſuffocationis ſit, ut mihi contigit, quid faciendum? illo in caſu debemus adhibere potus copioſiſſimos ex Decocto Malvæ cum Sero Lactis, Flor. Althææ, Verbaſci, Sambuci, Violarum, ut molle decoctum fiat. Extrinſecus circa fauces ponantur Panni calidi, & ſummopere caveatur potus & aër frigidus: repercutientibus, ut multi perverſe fecêre, hic non agendum, ſed emollientibus tantummodo, Opium datur ad Gr. 1. quavis quarta hora de die, ut ſenſus irritationis tollatur. Laboret E. G. homo doloribus lethalibus in Dyſenteria, prudens Medicus dat Opium in Clyſmate, tum tollitur dolor. Opium detur in Mercurio mane & veſperi, ſi opus ſit. Calor augeatur ad gradum unum in Thermometro Fahrenheitiano in furno vel cyſta, caput retineatur calefactum per cucuphas et pannos, quia omne pingue diſſolutum ex corpore tollitur. Tunc vix evaſi morbo circa genua, coxam, humeros, ſentiunt ſiccitatem, & ariditatem. Si homo ponderet 150. Libras, & exiverunt humores

res ad 50 Libras, cognoſco humores veteres exiviſſe. Si cadant in animi deliquium, ſuffocationis metus eſt, & ſi moriendum, ceſſant pruritus & ſalivatio. Calor externus & ſalivatio neceſſario ad ptyaliſmum requiruntur, alias enim homo ſuffocatur. Tenue detur nutrimentum, quod coctionem moleſtare non poteſt, tunc hoc novum nutrimentum paulo poſt vertitur in illud, quo deficiebat corpus.

§CCCXX. In medulla oſſium ſæpe aliquid hæret, quod Mercurii uſu ablui non poteſt, quia in illis diu hoc malo laborantibus, & in illis qui in fodinis vitæ miſeriam ſuſtinent, Mercurius fuit ſtagnatus, nam circulatio per has partes eſt lentiſſima, muſculo nullo appoſito, & Arteriæ ſunt debiles, quando Mercurius ad has partes non poteſt penetrare, tunc melius eſt Decocto Ligni Guajaci uti, ut prius diximus.

CCCXXI. Oſſium medulla ſimili pinguedine eſt infarcta, ut diploes oſſis Cranii, quæ in cellulis diſtributis hæret, per quas Mercurius non poteſt tranſire, reliqua oſſa, quæ cavitatem oculorum formant, in medio diploen habent tenuiſſimam, ergo & hic natum malum non ſolet ſeparari. Orbita oculi, ſex ſinus mucoſi, interiora narium fauciumque, cartilago Laryngis ſi afficiuntur, ibi gummatum ſpecies, exoſtoſes & ſpinæ ventoſæ naſcuntur, ubi ad haec loca malum pervenit, inſanabile eſt malum, quia deëſt vis vitæ Mercurium in has partes ducentis. Si ergo in acmi morbi talia ſtygmata video in hoc loco, dico permanſura quædam mala in corpore alias ſano, ſed tamen nonnihil diligentiae adhibemus, ut curari queat. Si in medullis & lamellis oſſium & membranis cryptoſis, ubi ad latera hærent ampullæ mucum continentes, malum venereum hæret, tum tantum hoc abluitur, quod eſt exterius, ſed interius, quod in hac capſula continetur, curari & ablui nequit, niſi eroſione, ſed tunc talis crypta deſtruitur; ſi autem invenitur tale medicamen-

tum, quod poteſt penetrare hæc loca, curatur.

§ CCCXXII. Si perichondrium Laryngis afficitur, ubi *Crypta Morgagni* adſunt, & raucedo ſe manifeſtat, tunc, licet ſalivationem excitaveris, non ſanabitur malum, hæret enim in cryptis. Si ad radicem Linguæ hoc cadat, idem vobis promittetis in Cura. Si hoc hac ratione contigerit, quæritur, quæ Cura externa exhibenda? Si in uno loco parvo extra Syntaxin Arteriarum hæret, tunc Trochiſci de Minio Vigonis, Lapis Infernalis, Oleum Vitrioli, Eſcharam facientia, applicanda, quæ curant, nam interna Curatio hic locum non habet.

§ CCCXXIII. Si Membrana in naribus afficitur, nec per tertium quidem ptyaliſmum curabitur homo, quia in Cryptis Sphænoidalibus, oſſibus ſpongioſis, malum latet. Deſtillat his hominibus primo humor, poſt fruſta oſſiculorum; denique tota oſſicula ex hiſce locis, ut in Naſo, Ore, Faucibus, Larynge decidunt. Natura tantum oſſicula per texturam vaſorum cohærere facit; hinc oſſicula ſunt quaſi pendula, ut quatuor oſſa ſpongioſa, & quæ orbitam faciunt, ſunt ſeparata. Hæc perioſtium habent externum, & diploën internam. Si nunc malum ad os usque pergit, tunc nutrimentum non habet, fit carioſum, & ſic ipſa hæc oſſa ſæpius excernuntur per nares, hæc imprimis maximè obſervatur in oſſibus ſphænoidalibus ſub Ephippio, ubi inter capſulas cum lamellis excreta ſunt.

§ CCCXXIV. Quod ad oſſa maxillarum in ſuperiori parte ſpectat, anterior eorum pars per mediam ſuturam facit os palati, quod cum ſepto medio narium concurrit, & parte poſtica cum oſſe Vomeris, baſis infima cavum intra maxillam ſpectat, parte poſtica cum oſſe Palati concurrunt, quæ digitum circiter lata per ſuturam nectuntur utriusque oſſis maxilllæ ſuturis, quæ in velum pendulum palatinum usque tendunt. Si nunc hic eroditur per Perioſtium, nunquam fit cicatrix, ſed manet foramen, & tunc

os ex hoc foramine excidit, & vaſa in ejus locum ſuccedunt.

§ CCCXXV. Quia ptyaliſmus non ſemper curat, Medici remediis topicis uti excogitare cœperunt. Fumigationes ergo in medium vocarunt factas ex pulvere Cinnabaris, pulvis ille ferro valde calido nondum candenti aſperſus accendatur, tum ægroti in lecto jacentes interim nares ſuperexpanderent; vel ſi ad fauces malum hæſerit, tunc clauſis naribus accipiebant per os mane & veſperi per ſemi horam. Si rodentia topica applicentur, malum augetur; ſi ergo fumus ex Mercurio applicatur, bonum quidem eſt, ſed aliquando noxium. Cum hoc pulvere ſanavere ſæpe ulcus peſſimum, quod jam primi ſcriptores fecêre, & hodie adhuc vel bono vel malo ſucceſſu adhibentur. Nunc, ſi os nondum eſt denudatum, tunc per fumigationem hanc omnia diſponuntur ad diſſolutionem, quia vaſorum vis ſemper appellit. Si vero vaſa denudata jam ſint, nihil efficies. Si os adhuc per vicina vaſa adhæret, & unum oſſiculum, quod ſolum affectum erat, cadat, tunc ſanatus eſt homo, alias non.

§ CCCXXVI. Condylomata colli nunquam per hæc curantur, ſed per Balnea. Eroſiones verò per Mercurium & Eſcharotica tractantur, per mollia & acria vero nunquam. Fiſtulae ſinuoſae nunquam per ptyaliſmum, & decocta, ſed per aperturam, & ſectionem usque ad fundum, ſanantur, vel ſcalpello vel ſerrâ auferri debet hoc malum, per injectiones quoque, ſed, quo modo ſucceſſurum ſit, videte. Mala, quæ in oſſibus majoribus manent, nec emollientibus nec aperientibus curari poſſunt, ſed aperiri debent ad oſſa usque, quia malum intra lamellas hæret, ubi Mercurius agere non poteſt.

ALIA METHODUS.

§ CCCXXVII. Solvunt internè Mercurio Vivo

praeparato eouſque ſanguinem, ut omnia olere incipiant, tum quotidie triduo, quatriduo, purgando Diarrhœam excitant, tum diaetam praeſcribunt. Iterum Mercurium dant, donec prodeat ſaliva. Poſtea iterum purgant, & ſic exſtirpant malum. Haec methodus in Aulis valet, ubi per ſex hebdomadas Magnates in camera manere non poſſunt. Haec eſt methodus VERCELLONI & PITCARNII, qui ſat s laſcive de hoc morbo ſcripſit, & hodie Monſpelienſium Doctorum Medicorum, &, ſi non profundè radicata ſit Lues, per hanc methodum curari poſſe, credo.

§ CCCXXVIII. Panacea mercurialis ſub LUDOVICO XIV. ab homine quodam inventa, qui documenta dedit, ut minima moleſtia inſtitui poſſet operatio & cura, Rex hoc remedium ab eo impetratus ſuis Medicis dedit in commune generis humani ſolamen, & ut hiſtoria refert, 500. homines diverſos ſanatos fuiſſe. Auctor, qui Chemicus fuit, ſumpſit Mercurium dulcem toties ſublimatum, ut amplius non ſit acer, ſed iners, ex hoc fit pulvis tenuiſſimus, de quo ſumantur IV. V. VI. Grana, & homo repetit ſalivationem, & bonam obſervat diaetam.

CCCXXIX. Haec Panacea ita ſe habet. Cinnabaris Nativa teratur in pollinem cum aqua, his admiſce duplum Limaturae Ferri, diſtilletur e Retorta ſummo igne ex arena. Mercurius tunc fit Vivus, cujus Libr. I. 40. florenis conſtat. Haec prima praeparatio conteritur & diſſolvitur Spiritu Vini ſesqui altera parte, diſtillatur in Retorta ad ſiccitatem, tum frangatur Retorta: Mercurius albus corroſivus diu conteritur & fit pulvis ſubtiliſſimus. Tunc Cryſtallus habetur, & Mercurius vivus, vegetus, corroſivus. Tunc ſume hunc, & miſce cum primo illo in primo proceſſu, & morietur ille in hoc. Tum pulverem ſublima in cucurbita, abſcinde cucurbitam, & habebis Mercurium Dulcem. Hunc novies ſnblima,

&

& invenies Paneceam hanc rite praeparatam. Sed non opus eſt tanto labore, nam ſemper dulcis manet, quae vero nihil aliud eſt, quam Mercurius Dulcis: ſed cur tantae ambages? cum tam levi pretio vendibilis ſit. Sed arcana revelata vileſcunt.

§ CCCXXX. Haec ſunt, quæ nobis de Lue Venerea Morbisque Venereis eſſent dicenda. Utinam haecce clades nobis eſſet ignota; ſed dum haec ita ſe habent, utere medicaminibus ad haec vitia expellenda aptis. Dum tractatus forſan in nimiam excrevit molem, neceſſe erit, quamvis plurima dicenda reſtarent, ut imponatur

F I N I S.

EMENDANDA.

Pag. 2. Lin. 31. pro Terebinthnae l. Terebinthinae. pag. 3. l. 11. eas propterea pro ipſo morbo minime habendas eſſe. l. ideo tamen pro ipſo morbo minime habendi ſunt lin. 14. tectiae l. tectae. pag. 6. l. 3. virulentos l. virulenti lin. 12. alii l. aliae. lin. 15. imbutae, l. imbuta, pag. 8. lin. 27. Verzellonius l. Vercellonus. pag. 9. lin. 19. officiuntur, l. afficiuntur, pag. 11. lin. ult. unguum l. unguium. pag. 14. lin. 16. Venen l. Veneni. pag. 16. lin. 6. Verucas l. Verrucas. pag. 20. lin. 1. noc l. hoc lin. 6. tendens l. tendentes. lin. 17. accleatur l. acceleratur. pag. 21. lin. 22. iteriorem l. interiorem. pag. 22. lin. 20. ab l. ad. pag. 25. lin. 9. dicta comuni, l. ſub dictâ communi, pag. 26. lin. 7. tri, l. rit, pag. 30. lin. 17. Si l. Sic. pag. 31. lini 15. cataharſis, l. catharſis, pag. 33. lin. 26. Botargo, l. Botargum, lin. 27. Caviarii, l. Caviarium, pag. 45. lin. 24. Reſin. l. Rad. pag. 53. lin. 29. debitis, l. debilis, pag. 54. lin. 29. periclitantur de l. periclitentur. pag. 59. lin. 12. in carnata l. incarnata. pag. 61. l. 10. dolor Iſchuria, l. dolor, Iſchuria. pag. 67. lin. 31. Comphoratus, l. Camphoratus, pag. 84. lin. 34. pepuleris l. repuleris pag. 87. lin. 10. nivens l. niveus. lin. 11. Virioli l. Vitrioli. lin. 34. ſixior l. fixior. lin. ult. Ne l. Nec. pag. 93. lin. 30 imprioritur l. imprimis oritur. pag. 95. lin. penult. Vneeto l. Veneto. pag. 99. lin. 21. prominentia l. prominentiam. lin. 25. amibunt l. ambiunt. pag. 107. lin. 22. prudententer l. prudenter. pag. 109. lin. 1. extinditur l. extenditur. lin. 20. adſcendet. l. adſcendat. pag. 124. lin. 26. diffuſum eſt, l. diffuſum non eſt, pag. 147. lin. 3. perioiſtium, l. perioſtium, pag. 145. lin. 33. calefactum l. calefactus. pag. 156. lin. 27. ſalivationis l. ſalivationem. lin. 30. ſuut l. ſunt.